

132  
Q. F. F. Q. E. I. D. O. M.  
לְשׁוֹן הַמִּקְרָיא מִדְבָּהָת צְבָחוֹת

No. XXI.

845  
SIVE

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

DE

# SCRIPTVRA S.

OMNIS DICTIONIS VITII EXPERTE.

QVAM

AD DVCTVM QVORVNDAM CAPP. ESAIAE SPECIMINIS  
LOCO ASSUMTORUM.

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

# GVILIELMO HENRICO,

DUCE SAXON. JVLIACI CLIVIAE MONT.

AC RELIQVA.

SUPERIORVM CONSENSV

Ad d. X Maj. M D CC XIX.

PRAESIDE

# M. VOLFG. HENR. FRIDRICO PERTSCHIO,

COBVRG.

PUBLICE DEFENDET

# ANDREAS CONR. VERNERUS,

SVNDHVS. GOTH.

iss. A JENAE, LITERIS NISIANIS excudebat JOH. VOLCKM. MARGGRAF.

*J. X. S.*

a. MCCCCXVIII. 5.

V I R O  
**MAGNIFICO, SVMME REVERENDO**  
*atque EXCELLENTISSIMO*  
DOMINO  
**ERNESTO SALOMONII**  
**C Y P R I A N O**  
THEOLOGO DOCTORI

QVA PATET ORBIS ERVDITVS CELEBRATISSIMO, SERENIS.  
SIMO DVCI SAXONIAE FRIDERICO A CONSILIIS SACRIS, SENATVSQUE ECCL.  
SIAS TICI QVI GOTHAE FLORET ASSESSORI GRAVISSIMO, MERITIS IN  
REMPUBLICAM SACRAM ATQVE LITERARIAM  
SVSPICIENDO

PATRONO SVO EXOPTATISSIMO

HASCE PRIMITIAS ACADEMICAS

VETERI CLIENTVM MORE

OFFERT

PRAESES AUCTO





Redo TE mi-  
rari, VIR Summe  
Reverende, quid sit,  
quod in tanta Tuo-  
rum quibus obrutus  
es negotiorum mul-  
titudine, ego tenuis fortunæ homo ad  
Te accedere, atque incomto hoc litera-  
rum genere TE interpellare audeam.  
Neque enim sum nescius, illos, qui Viros  
consiliis gravissimis in Reip. salutem  
incumbentes, ab iisdem avocare susti-  
nent, vix ab omni culpa temeritatis ab-

) : ( 2              fol.

810

solvi posse videri. Quod mihi perpen-  
denti fere occasionem dedisset animi  
sententiam mutandi, pedemque revo-  
candi, dummodo ne Tibi ulla re gravis  
esset. Verum fluctuanti & animo in di-  
versas cogitationes distracto succurre-  
bat summa Tua humanitas, qua indu-  
ctum Te memineram saepe clientibus  
præsidio orbatis vacare, horumque peti-  
tiones negotiis Tuis interponere beni-  
gne solitum fuisse. Atqui cum de speci-  
mine quodam, quo Superioribus ratio-  
nem redderem temporis in academiis in  
literarum studia insumti, cogitarem, il-  
ludque Deo opitulante pro viribus inge-  
nii absolvissim, nomine Patroni illud  
muniendum videbatur. Interea tempo-  
ris mecum reputabam ingentem & be-

ne-

nevolentiam & dexteritatem, quam  
Coburgi hærens, Teque duce literas tra-  
ctans, abunde expertus eram. Vtram-  
que mecum omnes, qui Te ibi studio-  
rum suorum rectorem habuerunt, præ-  
dicabunt, cum neque negligens esses  
cum admonendum, licentiaque falsa li-  
bertatis opinione nonnullis persuasa  
compescenda esset: neque inurbanus  
cum loquereris, omnesque qui Te adi-  
rent ope atque consilio sublevares. Ad  
me proinde pertinere videbatur, qua-  
vis occasione oblata, qua aliquo saltem  
modo officium persolvere, iobservanti-  
amque atque pietatem in Te meam de-  
clarare possem, uti, ne ea neglecta suspi-  
cionem officii clientis fidelis minus cu-  
stoditi incurrerem. Quæ cum mihi se

: (3) hoc

hoc tempore offerret, eo opportunius  
solatum mihi afferebat, eandemque eō  
cūtius arripiendam esse putavi, quo pati-  
entius adhuc ejus defectum ferendum  
esse duxi. Accipe itaque VIR Summe  
Reverende, schedas hasce Tibi conse-  
cratas tanquam testes pietatis meæ in  
Te nunquam intermorituræ: qvæ licet  
summa Tua qvam sustines persona in-  
dignæ videri possent, propter istas ta-  
men res, quæ istis continentur, ex ver-  
bo DEI purissimo defumtas, easdem  
Tibi non ingratis fore confido: præ-  
fertim cum in hac re cultorum morem  
imitatus sim hortorum, qvi si non ro-  
fas & violas, cepa tamen & allium doni  
loco offerunt. Reliquum jam fore, si ali-  
orum in ejusmodi scribendi genere oc-  
cor

CU-

cupatorum vestigia legere vellem, in  
 laudes Tuas excurrerem, ad quas qui-  
 dem mihi amplissimus campus se offer-  
 ret. Sed cum videam non res, sed ver-  
 ba me defectura, si pro eo ac par esset  
 munere hoc defungi vellem, ingenii  
 felioribus, qui in factis tuis literis  
 mandandis operam suam collocent,  
 hasce partes demandatas esse facile per-  
 spicio. Parum tamen dixero, si Te labori-  
 bus in Remp. sacram suscepisti, utilitate-  
 que & decore quæ eidem affers quo-  
 tidie, eam laudem consecutum esse affir-  
 mavero, qua fere primas in meritorum  
 genere in emolumentum Reip. tenes.

Quod omnes fideles clientes me-  
 cum exoptant est, ut DEUS immorta-  
 lis Te semper salvum atque incolu-  
 men

men conservare, Illustremque Tu-  
am familiam magis magisque ornare  
velit, ut & ope atque auxilio Tuo fir-  
mentur debilitati, & prudentia Tua  
singulari, qua hucdum Patriæ consulu-  
isti recreentur consilii inopes. Vale  
& omnia ex voto agens fave,

## *Magnifici Tui Nominis*

Scribent JENAE d. X. Maj.  
MDCCXIX

*Cultoris devotissimo*  
M. VOLF. HENR. FRIDR. PERTSCHIO.



## PROOEMIUM.

**A** est mentis nostræ conditio atque  
indoles, ut tum demum cuidam propo-  
sitioni assensum suum præbeat, cum ple-  
ne convicta sit de ejusdem veritate omni-  
moda. Veritas enim est, quam intelle-  
ctus noster unice sibi habet propositam, & in qua obtenta  
demum potest acquiescere. Nonnunquam tamen eve-  
nire solet, ut res nobis vera atque certa videatur, quæ i-  
psa adhuc multis si non falsitatibus, dubiis tamen inextrica-  
bilis est obnoxia. Quare ut certo persuasum habeamus  
rem quam veram credimus, veram etiam esse, eandem  
que aliis demonstrare queamus, necesse est, ut cognitio-  
nis nostræ partes tam firmiter inter se cohæreant, ut  
non facile dissolvi queant, quam cognitionis rationem  
soliditatem vocare consueverunt. vid. Celeb. Dn. Prof.  
Syrbius in Instit. Logic. C. III. de cognitionis hum. so-

A

lidi-

lilitate. Quod uti observandum est in inquisitione rerum humanarum naturaliumque atque earum cognitione, si quidem animus ab omni fluctuatione atque titubatione abesse debet: multo magis ejusmodi cognitione requiritur in veritatibus cœlestibus, in quibus recte cognitis salus nostra sita est unice. Harum princeps fere est illa, qua Scriptura sacra a DEO inspirata omnisque erroris expers creditur, cum in rebus quas proponit, tum etiam in verbis quibus res quæ ista continentur, eloqui solet. Neque tamen hoc ita intellectum velim, ac si rationi nostræ sibi relictæ, ista omnia, quæ in sacris literis occurrunt, pervia sint atque plana, sed illud tantum dico, veritatem ex Scriptura cognitam, qualis est illa, de origine istius quam habet immediate a DEO, ejusmodi naturæ esse debere, ut hac semel admissa & presupposita ab omnibus contradictionibus, dubiis, aut vitio sermonis libera statuatur Scriptura. Omni proinde cura atque opera in id nobis incumbendum est, ut hancce veritatem defendamus, casque opiniones quæ huic obstante videntur, rejiciamus. Aut magnopere fallor, aut isthuc etiam pertinet illa a multis pro vera reputata sententia de natura & origine lectionum marginalium קריין dictarum, quas emendationes aut correctiones vocum mendosararum in textu apparentium atque בחריבן dictarum crediderunt. In qua sententia præter alios est R. If. Abrabbanel, qui in Comment. sui Præfat. in Jerem. fol. 96. statuit, Autores ipsos ex lapsu & errore in vocum flexione & constructione hallucinatos esse, exempli loco adducens Prophe-

tam

tam Jeremiam, hujusque rei causam affert v. g. in Je-  
 remia juventutem, qua ætate nondum in rebus huma-  
 nis exercitatus erat, nec linguae indolem satis perspe-  
 ctam habebat: Verba ejus legi possunt in Tract. Ma-  
 gnif. Dn. D. DANZII, Patroni atque Præceptoris æta-  
 tem devenerandi, כתיב מסופכת שלוּמוֹת inscripto. §. 31.  
 p. 98. sqq. Vitium autem dictionis Viris à Spiritu S.  
 actis tribuere, eosque errore ductos nonnunquam ali-  
 quid linguae indoli repugnans scripsisse statuere; non  
 potest conciliari cum recepta eaque verissima sententia,  
 qua singulorum verborum causa efficiens principalis  
 Spiritus S. creditur, falli nescius. Aliis proinde hæc  
 opinio nimis periculosa videbatur, inhærebat simul a-  
 nimo eorum inveterata opinio de קרי tanquam genu-  
 ina lectione, hinc siebat, ut ad aliud confugerent me-  
 dium, quo utrumque cum marginale tum textuale re-  
 tinebant, cuilibet lectioni delata θεωρεία. Quo ipso  
 omnibus palam faciebant, nimium quantum sese tri-  
 buisse figmentis quorundam Iudæorum, qui semper in  
 ore habebant הלכה למשה מסיני traditionem Mosis c  
 monte Sinai, eoque etiam referebant קרי utpote in qua  
 lectione haud parum insiit mysterii, quamque Moses a  
 DEO in monte acceperit per traditionem ad posteros  
 propagandam, donec in margine adjecta sit textui per  
 Efram aliosque divino afflato præditos Viros. Quæ de  
 traditione Mosis dicta de illis lectionibus marginalibus  
 intelligenda sunt quæ in Pentateucho occurrunt; reli-  
 qua enim in aliis libris sacris obvia ab istis Autoribus  
 sunt apposita. Hanc sententiam una cum plerisque

A 2

Ju-

Judæis fovet B. Wasmuthus in Vindic. Anti-Conring. P. III. §. 76. p. m. 241. sqq. Sed non viderunt hi se unum incommodum evitatuos in deterius ruisse, cum hac ratione duo principia cognoscendi in Pontificiis a Nostratibus tantopere reprehensa, in scenam produxerint, quorum alterum negativam tuetur sententiam, alterum affirmativam, ab uno eodemque Autore nihilominus profectum. Qua ratione illud, quod in honesto atque prudente Viro, cuius dicta inter se conspirare, neque fœtido-contradictionis periculo exposita esse debent, vix toleramus, Deo indignissimo modo tribuerunt. Nec est quod quis dicat cum B. Wasmutho aliquis Keri & Ketibh sibi subordinandum atque hoc modo utrumque retinendum esse. Plerumque enim hi ipsi τῷ Keri primatum deferunt tanquam lectioni si non magis genuinæ, clariori tamen sensuique accommodatiōi: Ketibh vero, si non prorsus ejiciunt, secundum tamen locum a Keri ipsi assignant. Quod tamen recte factum esse vix sibi persuadere potuerunt Viri lectioni marginali ceteroquin non prorsus inimici, dum afferuerunt tamdiu Ketibh retinendum esse, quamdiu manifestæ rationes non suadeant Keri eligendum esse: quæ sententia est B. Pfeifferi in Crit. S. p. 200. sq.

Ex quo simul appareat eundem cum aliis fluctuantem hæsiſſe & in quibusdam faltem locis Ketibh servare voluisse, Keri in aliis dominante. Ab hac vero incertitudine atque fluctuatione animi longissime se removent illi, qui utique textualem lectionem retinentes, eandem ex more loquendi linguae huic peculiari simulque

que usitato explicant, conciliant atque defendunt.  
Quod in præsenti agere nobis non est animus, cum  
quibusdam Dissertationibus id jam dum egerit S. R. D.  
D. DANZIUS, & in posterum præstiturus sit: sed hunc  
finem nobis habemus propositum. ut ostendamus plu-  
res locutiones & constructiones uti in tota Scriptura,  
ita in Esaia occurrere, quæ æque peculiares & primo in-  
tuitu ab analogia syntactica deflectentes videntur, ac illæ  
quæ Masoretharum censuram passæ sunt. Notas enim mar-  
ginales — קריין dictas maximam partem suam originenī  
debere correctioni quorundam, ipsa inspectio quemvis  
edocebit, quippe quæ facta est eo quod aliquid irregula-  
ris habere videbatur lectio textualis. Quod si ostenderemus  
occurrere in alio Scriptore S. plures ejusdem gene-  
ris locutiones cum illis, de quibus tanquam dubiis ad  
marginem aliquid annotatum est, quæ tamen absque  
ulla annotatione Masorethica occurrunt, nec analogiæ  
grammaticæ repugnare existimatæ sunt, uti revera ei-  
dem non repugnant: quid obstat, quo minus illos lo-  
cos a Masorethis notatos, ab illisque pro mendosis re-  
putatos, ex linguae genio atque idiotismo explicemus?  
Atque hæc paulo copiosius præmittere necessarium vi-  
debantur ad rationem instituti nostri detegendam.  
Esaiam autem potissimum delegimus, partim quod i-  
psiis stilus ceu Prophetæ in aula regia educati linguae-  
que nitori assveti, pro nitidissimo omnium habetur,  
cujus ingenio se accommodavit Spiritus S. qui tamen  
non expers est hujusmodi loquendi generum; partim  
quod ipse Abarbanel turpiter I. c. Jeremiam incusat,  
quod

quod ejusmodi loquendi formulas ex inscitia adhibuerit, a quibus Esaias linguae istius peritissimus abhorruerit, cuius asserti falsitas ex locis a nobis citandis conspicietur. In hocce negotio vero ita versabimur, ut I. discrepantiam numerorum cum suo objecto II. discrepantiam generis cum suo objecto & III. permutationem personarum inter se ex quibusdam Esiae capitibus simus producturi, utpote ex quarum anomalicarum constructionum observatione haud exigua pars lectionum marginalium orta est : in id simul incumbentes, ut easdem ab omni suspicione erroris in dictione admissi vindicemus, atque ex idiotismo linguae in pluribus locis usitato defendamus. Quod tribus capitibus absolvemus ita tamen, ut cum his pagellis non omnia ανομαλίες dicta in Esiae occurrentia possimus includere, in posterum ea addere non negligamus.

## CAP. I.

DE

### DISCREPANTIA NUMERORUM, UBI VEL VERBUM ADJECTIVUM VEL SUFFIXUM CUM SUO OBJECTO NON COHÆRERE VIDETUR.

Ez. 4. I. v. 4.

**רָעַם** Semen maligna a. v. Quo vitio laborare videntur verba latina ex Ebræo translata, eodem vix absolvi videntur primo intuitu, verba Ebræa: regula

regula ordinaria ut adjectivum vel Verbum quoad numerum cum Substantivo conveniat, illud postulante. Vitudum vero dictionis tribuere scripto a Viro quodam probato, oriundo, cum minus sit honorificum, multo magis impium erit profanamque mentem prodet, soloecismos verbis Spiritus S. prorsus errare nescii tribuere velle. Quapropter quilibet autoritatem Scripturæ Sacræ pro dignitate æstimans, illud sibi negotii datum esse credit, ut quantum in viribus situm est, eam stabiliat, atque ab impugnantium insultibus defendat. Cujus rei initium facturi ab his verbis quæ analogiæ grammaticæ minus respondere videntur, cum ea licet optime convenient: presupponimus cuivis linguae peculiares loquendi modos esse, quibus id efficitur, ut saepius illi occurrentes naturam idiotismorum induant. Qua ratione non nunquam Ebræi in construendis vocibus regulariter singularem numerum [de objecto quodam usurpatum in adjectivo vel verbo addendo continuant, interdum vero ab hac construendi via deflectunt, & nomini singul. num. adjectivum vel verbum plurale adjungunt, & vice versa. Primo itaque intuitu licet videantur verba nostra ita inter se jungenda fuisse, ut dicatur זרע nominis numeri singuli זרע adjectivo eodem numero respondentē: saepius tamen evenire solet, ut Ebræi non externam formam respiciant sed sensum. V. Buxtorfi Thes. Gramm. L. II. C. X. B. Glass. in Phil. S. L. II. Tr. II. Can. LIII. & quem primo loco nominare debebam Magnif. D. D. Danzius in Interpr. §. 83. coll. 81. Cum itaque in semine (postoris) plures uno comprehendantur, זרע

tab-

tanquam nomen collectivum vices sustinet nominis pluralis, cui proinde particip. plur. recte additum est. Dictis fidem faciunt alia loca, in quibus eadem constructio occurrit, v. g. Nehem. IX, 2. Es. XLV, 25. Es. LXV, 23. &c. Occurrit etiam singularis numerus adjectivi vel verbi voci זרע additus, ubi ad externam formam vocis resperxerunt, idque innumeris in locis, a quibus allegandis merito abstinemus. Videri quidem poterat, vix opus fuisse talem constructionem h. l. introducere, cum omnes difficultates sublatæ viderentur, si זרע in statu constructo cum seqv. voce conciperes, vertendo semen maligne agentium, cum eorum Patres beneficiis licet a DEO ornati ingentibus, nunquam non DEum protervia sua ad iram provocarint, uti Deus in omnibus fere paginis s. codicis de eo conqueritur. Verum non prorsus omnis criminis erant expertes ipsi, ad quos DEUS per Prophetam sermonem instituit, dum & ipsi DEUM turpiter deseruerant, quod Propheta vel verbis statim subsequentibus innuit, בנים משיחיתים eos appellando. Quam sententiam suo suffragio corroborat R. D. Kimchi ad h. l. מריעת אינו אומר האבות אלא עליה אמר שם זרע המריעת לעצמתם במשיחתם הרעים Non solum de patribus eorum hoc dicit, sed de ipsis tunc viventibus dicit, quod sint semen malignum ipsimet per opera sua prava, qua appellatio contraria est isti quam legimus Jerem. XLV, 25. ubi dicuntur semen benedictum Domini. Eodem collineant verba R. Isaacidis ad h. l. scribentis: זרע מרים והוא הין זרע ברך יהוה בנים והוא להקבה ונחפה למשיחיתים

**לְמַשְׁחִיתִים** Illi antea erant semen benedictum Jebovab,  
 filii erant DEI sanctissimi sed prorsus immutati & facti  
 sunt filii degeneres & perditissimorum morum. Eodem  
 modo transtulit hæc verba Jonathan in Targum.  
**אַהֲכְנִיאוּ בָּזְרֻעָא רְחִימָא וְאַבְאִישָׁוֹ**: Illi nominati sunt se-  
 men dilectum, sed postea perverse egerunt. Atque  
 hujus generis locutiones plures in nostro Propheta oc-  
 currunt, quas quantum fieri potest, annotabimus.

Ez. I, 6.

**פָּצָע וְחַבּוּרָה וּמִכָּה טְרוּיָה לֹא זָרוּ וְלֹא חַכְשׂוּ וְלֹא רְכַכָּה**  
 Vulnus livor atq; plagapurulenta non expressa, neq;  
 obligata sunt, neque oleo circumlinita est. Quod si Pro-  
 pheta in constructione semel cepta pergere voluisse, ipsi  
 dicendum fuisset וְלֹא רְכַכָּו cum si duo aut plura Substan-  
 tiva præcedunt, verbum plurale respondeat in masculino.  
 Ab hac vero verborum structura recessit Propheta, atque  
 singularem loco pluralis adhibuit. Cui tamen anomaliæ  
 constructioni occurri potest, si ex idiotismo Lingvæ  
 quo quando verbum singularis numeri nominin-  
 bus pluralibus junctum est, distributive nomen redden-  
 dum est, hanc quoque locutionem explices hoc modo:  
 neque ullum istorum vulnerum oleo est oblinitum.  
**Quem loquendi morem frequentissime obvium esse in**  
 S. Codice & exempla a nobis ex Esaia alleganda evin-  
 cent, & D. D. DANZ satis abunde demonstravit in cit.  
 Dissert. sinceritas scripturæ eluctans ad Jer. II. inscripta  
 §. X. sq. vid. Buxtorf. Thes. Gramm. L. II. C. X. B.  
 Glassius in Phil. S. Lib. III. Tr. III. Can. LII. & LIII.  
 Sic v. g. occurrunt in Esaia nostro, C. XXIV, 4.

B

אַסְרֵלָג

אָמַלְלוּ מִרְוֶם עַבְדֵּת דָּרָן Languebit quodlibet' celsum populi terræ C XXVIII, 3. הרטסנה עטרת. Conculcabitur quælibet coronarum. El. XXX, 20. וְאָרְכָּנָפָה neque aufugiet alis ullus Doctorum tuorum. El. XXXIII, 20. בְּלֹ וְסֻעַּ וְתְרוֹתֵיו non dimovebitur ullus paxillorum ejus.

*Ez. C. I, 10.*

**הָאוּנוּ עַם עַמּוֹרָה** Audite popule Gomorrhæ. Hanc phrasin merito h. l. allegamus, licet per idiosyncraticum lingvæ Ebraicæ, quem aliæ quoque non respuunt, sit usitatissima. Vocem **עַם** si tanquam nomen singuli numeri verbum respicere debuisset, efferendum fuisset **חָזֹן** uti v. 3 dictum est **עַמִּי לֹא** התבונן Populus meus non intelligens est. it. v. 4. **עַם כָּכָר עַזָּן** populus obrutus iniquitatibus. Ab hoc loquendi modo autem recessit Spiritus S. vocem **עַם** tanquam collectivum considerando, cum ad integrum populum constituendum unaeutiquam sufficiat persona. uti Kimchi in Lexic. ad voc. **עַם** scribit, **עַם יִקְרָא** **וְכֹנְגָּשׁ וְכֹנְגָּשׁ** *Quoniam consociatio & conglomeratio hominum, populus dicitur &c.* Quod si itaque **עַם** in singulari occurrit, cum verbo vel adjectivo sing. constructum, uti quam frequentissime occurrit, ad externam formam respiciunt, eaque constructionis exempla adferre supervacaneum est, nisi forsitan ea in quibus fœminine usurpatur observare velis e. g. Jer. VIII, 5. **הָעָם הָזֶה** Quare refractarie egit populus hic Exod. V, 17. וְחַתָּאת שׁוֹכְבָּה **עַמְּךָ** Et peccavit populus Tuus. Jud. XVIII. v. 7. **עַמְּךָ** **עַמְּךָ** אשר בקרבה ישבת לבת הארץ habitabat securus & tranquillus erat. Sed notatus digni-

digniora sunt ea exempla in quibus **עם** ad modum nostri constructum est. v. g. Jer. IV, 22. (in quo loco duplicit modo constructum occurrit, ) nam stultus est **אָתֶה לֹא יִדְעַו וְגַם** **בֵּין וּלְעַמִּים** אֲרָנִי **מַעַלָּה עַלְיָהָם** **עַמִּים** v. 7. dicitur **הָעָם** Dominus excitaturus est super istos. Jer. XIII, 10. **הָנָן רַבִּים** **הַמְּאֻנוּנִים** **populus obsequi renuens.** Exod. V, 5. Multi sunt populus hujus terræ. Es. XLIII, 21. **עַם הָאָרֶץ** **עַם אֶצְרָתָה** **לְפָנֶיךָ הַחֲלֹתִי יִסְפְּרוּ** mihi, laudem meam enunciabunt. Num. XIV, 9. **כִּי** **נָמְתָּא** nam illi sunt cibus, **לְחַמְנוֹ הָם** **עַם** præcedenti pronom. plurale respondet. Et huj generis adhuc plura occurrunt, quæ ad sententiam nostram stabilendam faciunt, de quibus quoddam dicendi infra occasio erit v. g. in voce. **עַרְבָּה אָרֶץ גּוֹי בֵּית** quæ collective usurpata plural. postulant. Et hoc est quod Kimchi in Michlol fol. 3. c. 4. l. 26. sqq. observavit: **וַיֹּשֶׁבְתָּא לְשׂוֹן וְחַדְעַלְרַבִּים** *sunt loca in quibus singularis numeris occurrit de pluribus usurpatus, per modum significatiois collectivæ, uti Gen. XXXII. Et fuit mibi bos atque asinus.* Quod si ita est, nihil obstat quo minus Substantivo singulari, collectivo tamen, pluralis jungatur. Atque eadem constructio obtinet in nominibus propriis, v. g. **יִשְׂרָאֵל יְהוּדָה פּוֹאָבָגְיָה** quæ modo pluralem, modo singularem sibi junctum habent, prout Scriptor vocem vel tanquam collectivam, vel in individuo accepit. Et hæc loquendi ratio pariter obtinet in aliis linguis e. g. Latina, cuius exempla annotavit G. I. Vossius in Aristacho L. VII. c. 3. sqq. dum scribit: Pro plurali censetur vel nomen collectivum, ut

omnis, populus civitas, vel partitivum. Itaque & illa plurali junguntur tum nomini tum verbo v. g. Horat. Lib. Epod. Od. XVI. Eamus omnis execrata civitas Agellius L. I. c. 23. Perveniunt ad Senatum postera die matrum familias caterva lachrymantes atque obsecrantes orant. Addit is συνθετική hanc figuram appellari vulgo, cum retius συνεστι dicatur, structuram esse congruam, non ratione ejus quod dicitur, sed quod intelligitur.

Ej. I. 24.

**שריך סוררים וחכרי גנבים כלו אהב שחר ורף**  
**Principes tui refractarii sunt atque socii futrum, complexus ejus diligit munus & persequitur retributio-**  
**nēs. Quilibet facile videt ex analogia syntactica dicendum fuisse , כולם אהבים רדפים , qvum numerus pluralis שרייך id postulet, id vero quoniam non factum est ex idiotismo lingvæ hæc constructio explicanda erit vi cuius si verbum adjectiv. vel suffixum objecto plarali in singulari respondet hoc distributive vertendum est, qua ratione hæc verba ita reddemus: Qvilibet ex toto isto complexu munera diligit &c. Quæcum pariter obser-**  
**דוך כלל: vasset Kimchi, hanc addit observationem:**  
**על השרים כי כולם ברוך אחר לפיך אסר כלו בלשון יחיד והם אהבים לקבל שחר ומטי-**  
**ט In universum loquitur de Principibus quoniam omnes illi in via (vivendi ratione) una eademque incedunt, propterea dicit כלו in singulari, ו bi ipsi omnes diligunt munera accipere, ו deinceps pervertunt jus. Juxta hujus sententiam verbis his singularis inesset emphaſis , qvippe quæ indicarent summam animorum uni-**

unionem in pessimis his Judicibus deprehendendam, qva omnes unus tantum esse videntur, omnibus nullo excepto in id incumbentibus, ut muneribus sese ditiores reddant, & parum considerantibus justitiam causæ oppresorum. Numerus pluralis qvi statim in hoc commate sequitur לא ישבטו — עליהם pupillum non judicant &c. in memoriam nobis revocat mutationem constructionis, singularisque & pluralis numeri permutationem, simul autem indicat pluralia vel referenda esse ad præcedentem vocem / **שרים** / quasi verba in singulari prolata רצף אהב כלו in parenthesi posita consideranda forent, vel illam significationem distributivam inchoatam in his verbis continuandam esse h. m. Quilibet pupillorum causam negligit &c.

Ez. II, 4.

לא ישן גוי ולא ילמוד — Non tollet gens neque discent bellum gerendi rationem. Copula prius membrum ejusdemque subjectum גי in singulari prolatum copulat cum posteriori, in quo verbum etiam ad modum prioris ישא in singulari efferendum fuisse videtur, h. m. **ילמוד** Cui opinio favere videri potest, id quod Mich. IV, 3 legimus, ubi idem vaticinium repetitur his verbis לא ישאו — ולא ילמדו verbo posterioris membra priori in eod. num. respondente. Sed ex hoc ipso loco aliisque videbimus, in hac loquendi ratione dijudicanda omne punctum ferre justam considerationem גוי tanquam nominis uti vocari solet collectivi Externam enim si consideres formam omnino singulare est, verbumque vel adjективum requirit in nu-

B 3

me.

## ◎ ) i 4 ( ◎

mero singulari, uti factum est h. l. נִשְׁאָן aliisque in locis passim obviis : In aliis vero singulari licet גַּוְיִם additum est verbum in numero plurativo quo ad sensum ejus respicitur e. g. l. c. Mich. IV, 3. Amos VI, 14. Es LV, 5. Jos. III, 17. Jos. V, 8. Jud. II, 20. Jer. VII, 28. & in hoc ipso nostro loco, hoc tamen modo, ut in priori tanquam nomen singulare, in posteriori tanquam nomen plurale propter vim quam habet collectivam consideratum sit.

## Ez. II. v. 5.

Confinis est huic dictioni ea quæ legitur v. 5. בֵּית יַעֲקֹב לְכֹי Agite ô Domus Jacob. H. l. nomini singularis numeri additum iterum est verbum plurale, manifesto indicio ad formam internam s. sensum resipi potius quam externam cum ad familiam constitutendam plures uno reqvirantur. Innumera quæ de hac voce occurruunt exempla nos de asserti veritate non sinunt dubitare, sic e. g. Jes. XII, 50. Jes. XLVIII, 1. & aliis pluris occurrit in locis.

## Ez. II. 6.

כִּי נִטְשָׁת עַמְּךָ בֵּית יַעֲקֹב כִּי מֶלֶאנוּ — וּבִילְרִי-וּשְׁפִיקָו Hæc verba non uno modo ab interpretibus vertuntur, ab aliis DEUS subintelligitur ad quem sermonem suam Propheta dirigat h. m. Profecto Tu ô DEUS dereliquisti populum Tuum domum Jacob &c. uti facit Kimchius in h. l. Raschi in Comm. ad h. l. ex Christian. Forerius. B. Schmidius aliique, qua ratione בֵּית יַעֲקֹב per appositionem additum foret: ab aliis vero בֵּית יַעֲקֹב in vocativo accipitur hoc sen-

su

## ¶ 15 ( ४ )

¶ Tu o familia Jacob deseruisti populum tuum, Deo quondam adharentem, quam sententiam Ab-Esra in Com. ad h. l. ait esse ר' משה הכהן. Eo pariter tendit translatio Jonathanis hunc in modum vertentis:  
 אָרַי שְׁבָקְתָּוֹן רְחֵלָא תְּקִיפָּה רְכִוָּן  
 רְחוֹיָה פָּרָק רְכִוָּן  
 נָמָנָה דְּבָת יְעָקָב  
 Nam' vos deseruistis DEum fortē qui vos servavit Domus Jacob. Qvocunqve modo accipias verbum precedenti singulari נְטָשָׁת מְלָאָן נְטָשָׁת singulari non respondet, sine ulla tamen suspicione vitii dictioni adharentis, cum & בֵּית יְעָקָב & עַם & עַם sint nomina collectiva numerū pluralem haud-  
 quaquam respuentia, uti vidimus. Melius tamen refer-  
 tur נְטָשָׁת ad Deum, cum alias mutatio personarum sta-  
 tuenda foret מְלָאָתָה תְּשִׁפְּיקָו quæ licet non infre-  
 qvens sit in S. literis, uti infra videbimus, præter nece-  
 sitatem tamen non admittenda est.

Ez. II, 7.

וְתָמֵלָא אֶרְצָו סִיסִּים repleta est terra ejus equis. Mirum in modum singularis & pluralis inter se permuntantur, discrepantiaqve constructionis conspici-  
 tur: suffixum respicit sine dubio בֵּית עֲקָב hoc ve-  
 ro construebatur cum plurali, hæc construendi ratio  
 jam continuanda videbatur in plurali, ut dicere-  
 tur אֶרְצָה sed cum videamus construi cum singul.  
 suffixo, exinde colligimus illud Scripturæ in more po-  
 situm esse, ut nomini collectivo mox plural. mox sin-  
 gul. addiat, pro diversa ratione considerationis nomi-  
 nis istius.

C. II,

למעשה ידו ישתחוו Coram opere manuum suarum incurvant se. Modo præcesserat suffix singul ו ad relatum, statim subsequitur ה l. ad idem objectum referendum ישתחוו in plurali numero, qui respicit idem יעקב nomen Collectivum. Ex quo de mira permutatione numerorum inter se salva tamen lingvæ analogia colligere licet.

## C. II. ש. ו.

**ארם שפל** עיני גבהות Oculi elati hominis humiliabitur ad v. Ingens hic deprehenditur numeri & fere etiam generis discrepantia. Subjecto enim עיני junxitur verbum singular. numeri, quæ constructio videri poterat repugnare analogiæ grammaticæ, solœcismumque sapere. Sed neutquam hoc metuendum est, cum ex lingvæ indole hæc inter se egregie cohæreant. Et sunt ex Judæorum Doctoribus, qui idem animadverterunt & explicarunt, in eo tantum hæsitarunt, ad quodnam ex præcedentibus referendum sit verbum. Kimchius proinde in notis suis ad h. l. ita scribit ad verbum שפל וגבהות כמו וייח גבירות ארט או טומו לעני ואמר שפל על כל אחד ואחד מהם h.e. *Et sensus verbi singul. cohæret cum statim sequitur: et humiliabitur fastus hominis aut: potius cohæret cum voce עיני שפל in singul. distributive de quolibet oculo.* Cum vero sæpius soleat occurrere עני in genere fœmin. statim præoccupat hanc objectionem, dum addit, זכר בלשון עין ונמצאה עין בלאו כט

כמו עיניך יבieten לנוכח עיני יי' משוטטין  
*Deprebendimus vocem עין etiam in genere mascul. v. g.*  
*Prov. IV, 25. Oculi tui intueantur ea que in regione*  
*sunt. it. Oculi Jebovab discursitant Eccl. Zach. IV, 10.*  
 והטעם כל **שפל** *sensus est quilibet oculorum Eccl.* Atque hæc  
 explicatio omnino h. l. admittenda est, cum hic loquen-  
 di modus infinitis exemplis corroboretur, qvorum haud  
 exiguum partem affert Kimchi in *Micbrot. fol. 3. Col. 3.*  
 citatus proinde a D. D. Danzio *in cit. Dissert. §. 9. p. 38. sqq.*  
*add. Interpr. §. 80.* Evidem si deprehenderemus rad.  
**שפל** ita occurrentem, ut transitive quoque significare pos-  
 set, omnis difficultas sublata foret, cum haud raro fieri so-  
 leat, ut una eademque radix in eadem conjugatione modo  
 transitive modo intransitive significare possit, *jux. Interpr.*  
*§. 56. præserim si perpendimus השפיל in hiphil intransitive*  
 quoque occurtere observante Kimchio in **ס' שרטים** voc.  
**שפל** allegante in hunc finem *Job. C. XXII, 29. Jer. XIII, 18.*  
*Ez. LVII.* Sed nuspian in Kal sensu transitivo reperitur,  
 sed semper potius adhibere solent **השפיל**. Quapropter  
 in explicatione quam attulimus persistimus, cum si di-  
 stributive sumamus, sensus prægnantior fiat, h. m. DEO  
 prorsus exosi sunt omnes omnino arrogantes atque elati,  
 adeo ut cum pœnam de iis aliquando sumet, qvilibet eo-  
 rum istam experturus sit. Oculorum mentionem tantum  
 facit quia in oculis exerit sese maxime superbia, obser-  
 varet e Kimchio ad h. l. **לפי שבחות ארם נראת בעינים** *לפיך ספק עיני אל גבהות /*  
*Quoniam arrogantia ho-*  
*minum conspicitur in oculis ideo conjungit vocem ad*  
*עיני אל גבהות arrogantiam.*

רִשְׁלֵיךְ אֶרְםָ אֲשֶׁר עַשְׂוֹ לְךָ Projiciet tunc homo quæ fecerunt sibi. Vix videntur hæc verba aliquid anomali habere, neque h. l. annotari debuisse, possunt enim ita transferri, projiciet tunc quilibet idola, quæ fecerunt ipsi subintell. הַעֲשִׂים quam vocem Ab Esra supplet, uti participium saepe hac ratione subintelligendum est v. Ez. VIII, 4. Genes. XLII, 4. add. ad h. l. R. Aben-Esra, Raschi & R. S. B. Melech in Michl. Jophi, qui omnes participium supplent ex idiotismo lingvæ hujus. V. Cel. D. D. Danzii *Interpr.* §. 79. 11. Alii tamen uti B. Glassius referunt hanc locutionem ad Enallagen numeri in Pbil. S. L. IV. Tr. II. Obs. XVIII, uti etiam אֲרָם in plur. transtulit Jonath. per בְּנֵי אָנָשָׂא ad quos verbum quoque retulit עַבְרוֹן Quod si admittere velis, nullam tamen enallagen numeri statuere necesse habebis, cum עַשְׂוֹ distributive reddere possis h. m. quæ fecit sibi quilibet istorum hominum: vel etiam recurrere possis ad vocem אֲרָם eamque collective accipere, in qua tamen mirum in modum numeri permittarentur, cum רִשְׁלֵיךְ in singul. adhibitum formam externalm respiciat אֶרְםָ plural, sequens verbi עַשְׂוֹ ad sensum אֲרָם referendus foret, cui statim subjungeretur rursus singul. לְךָ Vocem autem modo in individuo, modo tanquam collectivum considerari observat Kimchius in Lexic. ad vocem אֲרָם וְאֶרְםָ יִקְרָא עַל הַפְּרָט וְשַׁלְּהַכְלֵל וְעַל קַצְתַּה הַכְלֵל: *Vocabulum* dicitur non punctum de uno tantum non punctum autem de omnibus v. g. Gen. VI, 7. bis: rursus autem dicitur de parte ex omnibus. v. g. Gen. XVI, 12. Quamcunque vero amplectaris explicationem, perinde erit, cum ubique Scripturæ sua constet integritas. Ez.

( ۱۹ )

Ez. III, 6.

כִּי יַהֲפֵץ אִישׁ־חַיָּה לְנוּ Ad vocem **אִישׁ** si suffixum referendum fuisset, in singulari quoque efferri debuisset, קצין היה לה. Verum cum loco aliorum loquens sermonem ad alterum dirigere introducitur, suffixum plurale reqviri videbatur, cuiuslibet nostrum Princeps sis: id quod ex c. g. colligere licet, ubi alios ita alloquitur **לְאֶת תְּשִׁימָנָה** ne constituatis Vos omnes me &c. Unicus enim tantum ad confusioneit evitandam locutus est, qui aliorum cogitata ipsi patefecit. Qua ratione pluralis de jure in suffixo adhibitus est. Nihil etiam obstat quo minus vocem **אִישׁ** h. l. tanquam collectivam consideres, ita ut verbum singul. **יַהֲפֵץ** respondeat formæ externæ vocis **אִישׁ** postea vero suffixum plur. una cum verbo **הַשְׁׁימָנִי** ad sensum ejus respiciat, quam significationem collectivam in voce hac obtinere evincit Kimchius ex quibusdam exemplis in Lex. citatis. v. g. 1. Reg. XVIII, 13. Deut. XXIX, 8. Quibus addi possunt: Ez. V, 7. Ez. XIII, 14. c. 1. 13. 8. in quibus itidem duobus plurale verbum respondet singulari it. Jer. XIII, 2. ad quem locum Kimchius scribit: כִּי־בְּכָל־לְכָלָם Kimchius scribit: כִּי־בְּכָל־לְכָלָם **וּכְלָל לְכָלָם** הלשׂון לומר לשׂון יחיד על רבים דוד: Complectitur omnes sub numero singulari tanquam unicum tantum: & ita fert mos hujus lingvæ, ut adhibeat singularem de pluribus collective.

Ez. III, 10.

אָסְרוּ צְרִיק — כִּי פָרִי מַעֲלָלוֹת סְיַאַכְלָוּ: Dicite justo, quod bene cum illo agatur, fructum enim operum suorum reportabunt Convenientiam verbi atque suffixi cum objecto suo h. l. minus observatam fuisse, cum **צְרִיק** in

C z

sin-

singulari verbum pariter in singul. numero postulet, quilibet videt. Ad oppositam huic propositioni v. II. expressam si quis attendat, videbit suffixum לֹן prædenti singulari רְשֻׁעַ optime respondere, juxta quam locutionem ordinarie dicendum fuisset ut פָּרוּ מַעֲלִיזִי יַאכְלֵל verbum cum suffixo ad singulare צְדִיקָה referretur. Sed nihil impedit, quo minus fructum ex recte factis resultantem ad quemlibet justorum extendas, ut sensus sit, quilibet justorum utilitatem ex actionibus suis capiet: quæ locutio Aben-Esræ prægnantior videtur istâ, qua cum objecto verbum congruit, dum ad h. I. ita commentatur וַיַּאֲכַל כָּל הַצְּדִיקִים וְהִיא רַוְךָ קָצֶרֶת וְהַטָּעַם שְׁלָמָה הַחַשְׁבָּה כִּי צְדִיקָה אַחֲרָה לְבָדוֹ וַיַּאֲכַל פָּרוּ מַעֲלִיזָו: Comedent sc. omnes justi, quilibet justorum & hæc est loquendi ratio elliptica sensus autem hic est, ne cogites quod unus tantum justus comedat fructum actionum suarum.

## C. III, 12.

עמִי נְגַשְׂיו מַעֲלִיזָה: Populi mei exactores sunt puer. Suffixum יְנוּ statim nobis in mentem revocat nomen cui additum est esse numeri pluralis, verbum proinde vel h. I. participium naturam nominis induens, pariter in plurali efferendum fuisse per מַעֲלִיזָה. Ex quibusdam vero locis jam comprobatum dedimus multa hujus generis exempla occurrere, in quibus verbum atque nomen ratione numeri inter se dissentunt, salva tamen constructionis analogia, quæ in ejusmodi strutura verborum qua verbum vel adjективum singulare additum est nomini plurali, requirit, ut nominis illius singulare unumquodque construatur cum verbo seorsim.

Qui-

Quilibet qui in numero exactorum præfectorum populi mei comprehenditur est puer, vel pueriliter & inepte agens. Bene hanc anomaliam syntacticam observavit & simul emollivit Ab-Efra ad h. l. scribens **כִּי אַחֲרֵי מְהֻנָּגְשִׁים הָוֶה עֹלֶל** Quilibet ex præfectis populi mei est puer. Vocis significationem **מַעַילֵּל** quod h. l. attinet, a quibusdam ex significatione racemationis explicatur, qua indicatur rapina & spoliatio pauperum, quando nim: racemos pauperibus a DEO ipso destinatos contra jus & fas egenis subtrahebant, quod deinceps pro quacunque iniqua injusta & perversa agendi ratione sumitur, sensu verborum nostrorum tali emergente: Quilibet Magistratus cum populo meo injustissime agit. Alii vero deducunt ex **עֹלֶל** parvulus, quod ex conjugationis Piel participio formatum sit, per puerum, pueriliterse gerentem explicantes, quæ posterior explicatio ex v. 4. corroboratur, in quo DEUS minatus fuerat se pueros ipsis daturum qui eis imperarent: atque cum nostro quoque versu cohæret, in quo mulieres imperium in eos exercituaræ sint. V. Kimchius in h. l. qui eodem modo explicat. Raschi explicat per **לִיאָנָן** illusores, quod eodem recidit, cum adjunctum puerorum expresserit. Ex his verbis itaque elucet Prophetæ constitutum fuisse miserrimum populi Judaici statum, in quo tunc temporis vivebat, delineare, cuius respublica eo usque collapsa es. set, ut quilibet, ingenti ejus ruina perspecta, ab ejus administratione abhorreret: nihilo tamen secius ex insipientibus rerumque harum minus peritis haud defuturos, qui imperium lubenter exercere vellent, eamque ob causam pueros & mulieres saltem dominationem ad

se rapturas populumque vexaturas, ut quilibet, qui exactorem populi agat, sit homo exigui judicii effeminateque animi. In qua locutione cum Propheta adhibuerit distributionem, ut ad quemvis exactorem hoc extendat, suo sermoni haud parum conciliare voluit roboris.

Ez. V, 23.

**צְדִקָת צְדִיקִים יִסְרֹאֵל מִתְנָה** Justitiam justorum removent, auferunt ab eo ad v. Cum subjectum plurale præcesserit, naturalis constructionis ordo requirebat, ut pronomen, quod nominis vices sustinet, objecto suo in eodem numero responderet per **וּמְהֻבָה** facile proinde alicui in mentem venire posset suspicio solocismi h. l. deprehendendi. Verum absit ut hæc saltem cogitemus, cum de industria hæc ita posuerit Sp. S. ad indicandam magnitudinem injustitiae Judicium illorum, qui nulli, quicunque demum sit & justitia causæ suæ fretus in judicium veniat, parcerent, sed potius pravis suis cupiditatibus indulgentes quemvis opprimerent. Verba hæc itaque hoc modo transferemus, justam causam justorum a quolibet auferunt eamque detorquent: illudque ex D. D. Danzii *Interpr.* §. 50. III, 1. ubi suffixum singul. objecto plur. respondens sumitur distributive. Notatu digna sunt verba Kimchii ad h. l. eadem observantis **שָׁאַפֵר צְדִיקִים רְלָל סְכָר** אחד ואחד פהצרייקם הבאים **צְדִיקִים רְלָל** ab eo in singulari, cum tamen præcesserit plural. **צְדִיקִים** hoc modo, a quolibet justorum in judicium venientium. R. Ab-Esra hunc locum plane intactum non dimittit, sed minus accurate eum

ex-

*Ez. V, 26.*  
וְשָׁרֵךְ לֹו וְגַוּן  
Tollet autem, eriger

get signum gentibus, & sibilando advocabit eam. Cum num. plural. גויִם præcessisset, in sequente propositione pronomen itidem in plurali per אלה efferendum fuisset, uno eodemque objecto semper manente גויִם Vidimus tamen in modo allato exemplo aliisque pronomen vel suffixum necessario cum objecto suo non convenire debere, neque tamen ideo enallagen numerorum juxta nonnullos statuendam esse, dummodo vel distributivam vel partitivam vim objecto pronomen discrepans inferre statuas. Quam regulam si, h. I admittamus, sensus verborum hic erit: Deus eriget signum genti a se ad negotium hoc perficiendum electæ cuilibet, qvarum quamlibet sibilando advocabit. Convenit cum his explicatio quam affit ad h. I. Ab Esra: כאילו נס ישא לכל גוי עיר שיבא להלחם עם ישראל לו: h. e. Quasi DEUS vexillum erecturus sit cuilibet genti, donec veniat ad pugnandum cum Israele, & ita dicit in sequ. et sibilando advocabit eam sc. quamlibet. Posses tamen hæc verba h. m. explicare, ut לו referrretur ad Regem vel Ducem exercitus totius, quod in S. literis non est infrequens, ut ex multitudine princeps saltem nominetur reliquis non exclusis. v. g. 2. Reg. XI, 18. ubi de Hadad Edomæo dicitur, quod cum ministris suis aufugerit, qui venerint in Ægyptum ad Pharaonem Regem, statim sequitur ויתן לו בית ואמר לו Et dedit ipsi & decrevit ei, ubi princeps nominatur reliquis non exclusis nisi distributive vertere malis per cuilibet. Quicquid hujus sit nostrum locum Jonathan in Targum hoc modo transtulit: ויכל לירח מכימי אלעא זהה בפְרֹעַ מֶלֶךְ בְּמִשְׁרִיחָה כְּעַנְנֵין קְרָלִין יִוְתִּי:

Es

Et advocabit illum ex ultimis terræ & ecce celerrime Rex cum exercitu suo instar nubiū velocium adveniet. Id quod haud obscure innuere videtur Kimchius ad h. l. ita scribens: **וְעַנְנוּ שִׁיעֵרָאתְ רֹחֶם לְבָא טָהָרָתְ קָל וְקָפֵל לְרוֹקָם** הטהירout ויהוֹתְ מֶלֶךְ אֲשֶׁר שִׁיבָּונָא טָהָרָתְ וּבְגָלוּתְ h. e. Sensus hujus dictionis est, quod DEUS excitaturus sit animum eorum ut quam citissime veniant: quod autem unam rem diversis verbis profert, factum est ideo ut eo certius indicaret celeritatem adventus, Rex Assyriæ vero est is qui tam celeriter advenire debet. Eandem quoque sententiam fovet Vatablus qui in not. ad h. l. scribit subintelligendum esse Regem vel Imperatorem, pro varietate hostium nimirum vel Babyloniorum vel Romanorum qui n. l. concipiuntur. Paulo durior videtur conciliatio quam affert Drusius ex Procopio, dum pro αὐτῷ in græcis translationibus legit αὐτῷ sibi, licet hunc idiotismum non plane ignoret lingua ebræa. v. g. Gen. XII, 1. Num. XXII, 34. ut sensus foret: Deum ad vocaturum gentes sibi i. e. in commodum suum ad vindictam exercendam in Israelitas. Quod si vel maxime hanc explicationem assumeres obstaret singul. יְבָנָא plurali גּוֹי discrepans, quem singularem deinceps distributive reddere deberes, quod quælibet gens a DEO advocata adventura sit: sensu tamen eodem recidente.

## C. V, 27.

**אֵין עַמְךָ וְאֵין כּוֹשֵׁל בָּרוּךְ** Neque fessus neque' aliis impingens sc. ad offendiculum in ea erit. Hoc suffixum singulare dubio respicit pluralem qui præcesserat גּוֹי quod proinde in plurali quoque efferendum erat per בָּרוּךְ in gentibus illis. Omnis vero difficultas aberit, si ad modum v. præcedentis גּוֹי distributive verteris.

D

ut

ut quælibet gens advocata a DEO dicatur: cuiuslibet gentis contra Israelitas pugnantis conditionem ulterius delineaturus, addit, neque fessum neque alium impingentem in ulla gentium earum deprehensum iri. Ex qua explicatione ea quam in v. anteced. primo loco attulimus stabiliri posse videtur, cum בָּנֵי nostri commatis ad Regem s. Ducem exercitus non commode possis referre, nisi בָּנִים sub reddideris, sub Regis istius imperio nullus erit fessus &c. Nihil interim video quod obster quo minus ex more lingvæ huic usitato nomen quoddam commodum subintelligas atque suppleas, sive ejus nominis in antecedentibus facta fuerit mentio sive minus; quod h. I. erit מְחַנָּה castra exercitus ad quod בָּנִים referri potest, salvo utrinque sensu eodemque fere manente. Reliqua verba quæ seqvuntur cum v. hoc tum 28 & 29. una cum suffixis singularibus ita possunt explicari, ut אִישׁ subintelligatur, non dormitabit quispiam neque somnolentus erit ullus &c. nonnulla autem ad Regem referantur tanquam autorem totius belli, militibus qvibus in hoc negotio utitur non exclusis.

## Ej. VI, 9.

אמרת העם הזה שמעו — חבינו ראו וכון Dicas populo huic, audite modo continuo neque intelligite. Præcesserat בָּנִים quoad formam singularis numeri, seqvuntur verba in numero plurali, quæ tamen ad בָּנִים singulare licet merito referuntur, quoad sensum plurale uti supra vidimus C. I. &c. Conjungere huic commati placet seqv. 10. in quo בָּנִים rursus in singulari numero adhibetur, v. g. פְּנֵי יְרָאָה יְשֻׁמָּעַ יִבְנֶן טַבָּה. quæ cum בָּנִים conveniunt si qvoad externam formam considerantur,

tur, tanquam singulari. Hæc annotavimus saltem (ut evinceremus) Sp. S. perinde esse quem numerum hujusmodi nominibus jungat, utrumque salva analogia grammatica tolerantibus.

*Ej. VII, 3.*

שָׁמַעוּ נָא בֵּית רֹויֵד אудite ô Domus David ! Nominis singulari respondet h. l. verbuna plurale, quod recte tamen constructum hoc modo esse ex consideratione vocis **בֵּית רֹויֵד** quoad sensum numeri pluralis exempla supra allata sub voce **בֵּית** aliisque nominibus collectivis evincunt v. 16. in sermone ad eosdem **בֵּית רֹויֵד** directo adhibetur singularis numerus **אַתָּה קָצֶן** quam tædio habes, quod usurpatum dicere posses de uno sermonis objecto, quod modo in plur. numero modo singulari verbum sibi habet additum ; nisi forsan obstaret v. 17. ubi expresse Rex contradistingvitur populo quem verba **אַתָּה קָצֶן** tangunt. Quoniam itaque meliori jure videntur hæc verba referri debere ad Regem, ex hoc tamen ea stabilientur, quæ C. V, 25. ad voces **לְךָ גּוֹיִם** & quoad numerum sibi minime respondentes diximus, quod ad principem reliquorum nonnunquam sermo dirigatur, reliquis tamen non exclusis, vel seorsim in seqq. saltem nominandis uti h. l. factum est.

*Ej. VII, 25.*

כָּל הַחֲרִיסָה אֲשֶׁר יַעֲרֹז־זָהָוִת לְמַשְׁלָח שׂוֹל In omnies vero montes qui sarculo fodientur non perveniet timor &c. sed potius ille erit in emissionem bovis &c. Nominis substantivo plurali **הַחֲרִיסָה** cum jungendum esset verbum **הִיה** efferendum fuisset in eodem cum illo numero per quod tamen non semper obtinere ex

D 2

qui-

quibusdam exemplis jamjam perspeximus, in quibus singularis numerus verbi connectebatur cum nomine numeri pluralis, ubi verbum ad quodlibet individuum nominis in plurali prolati seorsim trahendum est, eritque hac ratione nostrorum verborum hic sensus : Quilibet montium &c. ille erit aptus, in quem bos possit pedem proferre, atque ovis concalcare. Hac vero distributione innuitur exoptatissimus status terræ istius, quæ turba erit ab omni invasione bellica & in qua non amplius spinæ & vepres succrescent, sed armenta pariter atque parva pecus pabulum suum invenient.

*Ez. VIII. 6. coll. 7.*

רִעֵן כִּי מַעַם הָעָם הוֹת Quoniam sprevit populus hic &c. v. 7. singulari עַמְּנָא respondet suffixum plurale מַעֲלָה אֱדוֹנִי עַלְיָהֶם Dominus immittit in eos, id quod factum est propter significationem quam עַמְּנָא habet collectivam, cui optimo jure potest jungi num. plural. modo notetur in priori v. τῶν עַמְּנָא junctum esse verbum sing. in posteriori suffixum plural. ceteroquin non est car diutius his conciliandis immoremur, in posterum sufficiat nobis loca allegasse, quæ ita occurrunt, reliqua quæ dici possent ex dictis posse sunt repeti.

*C. VIII, 20.*

אִם לֹא יַאֲפֹרְוּ — אִשְׁר אֵין לוֹ שָׁחָר : si non dixerint, tunc non erit illi aurora. Si B. Lutheri versionem aliorumque ex Christianis Interpretum, v. g. B. S. Schmidii, Forerii (qui observata discrepantia numeri per distributionem dubium tollit) atque Grotii sententiam retinere volumus, qui omnes suffixum לוֹ referunt ad præcedens verbum plur. num. יַאֲפֹרְוּ necesse est cum illis agnoscamus

mus' disperantiam suffixi cum verbo præcedente, quod si cum hoc convenire debuisset, per **להם** efferendum fuisset. Hoc tamen non impediet, quominus hanc sententiam amplectamur, cum verbum plurale pronomini singulare junctum efficiat, ut hoc distributive efferatur, v. g. in nostro exemplo hoc modo: Legem & testimonium consulat quisque Israelitarum: Sin vero non dicere volunt secundum verbum hoc (quod eos sc. iussi ut adirent) non erit ulli istorum ulla scintillula lucis gratiæ divinæ: Juxta aliorum vero sententiam. v. g. B. Glassii in Pbil. S. L. V. Tr. I. c. X. p. m. 1681. 82. primo loco allatam propter disperantiam pronominis cum verbo deserentis, **לו** respiciet **רבר** hoc sensu: Ad legem & testimonium recurrendum, sin minus, dicant, (concessione ironica) secundum verbum hoc, cui non est aurora sc. gratiæ & solatii divini. In quam sententiam si discedas **לו** suffixum hic nullum locum occupare poterit, ubi de disperantia numerorum agimus. Aliorum explicationem, qui verba: **להורה** per formulam jurandi explicant, h. m. Dispeream, l. quam vere lex est divina, tam certo vobis dicent &c. uti faciunt Munsterus Clarius aliquique, cuius explicationis quoque mentionem facit Ab-Esra in Comm. ad h. l. eamque sibi displicere ait, cum se similem formulam jurandi nunquam legisse dicat, omissimus, dum a nostro instituto alienum videtur, omnes afferre sententias variantes. Sufficiat nobis ostendisse, Lutherum aliosque cum eo facientes minime reprehendendos, quod suffixum singulare in plurali redant, utpote cum distributive explicandum sit; de quo libet dicentium.

וְעַבְלָ בָּהּ נִקְשָׁה וּרְעֵבָ : Et transibit eam induratus atque famelicus. Sive verba antecedentis commatis , in quibus numerorum permutatio facta videtur, referas ad homines dicentes consulendos esse Pythones , sive ad רְבָר cui non sit aurora, necesse tamen habebis hæc verba distributive accipere. Connectenda enim sunt propter copulam וְcum anteced. plurali יֹאמְרוּ eodem subjecto orationis manente, qvod etiam B. Glassius fatetur , nisi quod enallagen numerorum singularis pro plurali statuat, quæ tamen minime admittenda est. Vates divinus paulo specialius denominaturus ea in quibus defectus auroræ potissimum consistet, hanc calamitatem ad unumquemque ex illis dicentibus perventuram asserit, his verbis : Et quilibet eorum transibit per eam terram induratus atque famelicus &c. Raschi quidem supplet ad עבר participium הַעֲבָר transiens quicunque ; sed nihilominus ad יֹאמְרוּ cum referendum sit participium pariter distributive reddere debes. Atque sic numerus hic singularis continuatur in hoc & seqv. v. 22, semper distributive vertendus. Suffixum fœmin. בָּה nonnulli referunt ad תורה sensu , quod dum a DEO defecisset atque idola consuluisse, legem ejus transgressus esset , alii tamen commodius referunt ad ארֶץ seqv. demum versu deprehendendam. Ab-Esra עֲבָר rrabit ad Exercitum Sanheribi qui ob ingentem multitudinem vix inveniet, quo se sustentare queat: sed hæc explicatio nimis longe petita est.

## C. IX, 1.

הַחֲוֹלְכִים־רָאוּ אֶרְאֵן  
Populus ambulantes, vi-  
derunt lucem magnam &c.; pluralis qui huic voci jun-  
gitur singulari numerus respicit ad sensum vocis עַ  
utpote quæ plures uno sub se comprehendit. Affinis  
est huic constructio quæ statim sequitur:

## Ez. IX, 8.

רְכִבַת הָגִוי Multiplicasti gentem &c. læ-  
tabuntur coram Te. Hæc verba diverso modo ab In-  
terpp. explicantur, aliis לֹא הָנָס suffixum pro לא substitu-  
entibus nimis tamen dure & textui violentia illata, aliis  
לא interrogative reddentibus, utramque vero expli-  
cationem conjungere videtur B. Schmid. in b.l. rursus aliis  
aliter explicatibus ut prius רְכִבַת referatur ad gentem  
Israeliticam quam DEUS secundum generationem car-  
nis multiplicaverit posteriora לא הַגְדָּלָתָה ad Judæos  
Messiam non amplexos. Qvamcunque autem eligas  
explicationem, גּוֹי singulari respondebit verbum plur.  
שָׁמָחוֹ cujus constructionis ratio ex consideratione no-  
minis Collect. petenda est. Ad hunc locum notetur  
נָ. 3. ubi suffix. singulare in סְכֻלּוֹ שְׁכָמוֹ respicit גּוֹי &  
cum ea voce tanquam singulari construitur, id qvod do-  
ceret variam esse nomina Collectiva construendi ratio-  
nem.

## C. IX. 8.

וַיַּדְעֻוּ הַעַם כָּלּוֹ: Et cognoscent populus omnis. Verbo  
plurali quod junctum est nomini singulari, aliquid ex-  
cusationis afferre potest atque etiam debet vox עַמָּה quæ  
tanquam nomen collectivum hanc constructionem ferre  
potest. Sed dubii non nihil habet suffixum singul. voci  
כָּלּוֹ

לְ additum, cum verbum plurale requirat ut suffixum itidem in plurali per כָּל־ efferatur. Hujus tamen dubii facilis erit solutio, dummodo perpendamus pro varietate considerationis vocis וְ eam modo cum verbo vel suffixo singulari modo plurali construi posse quæ constructio utraque hoc loco expressa est. Verbum enim plurale וְ respicit ad sensum vocis וְ quæ quoniam est nomen collectivum tanquam nomen pluralis numeri consideratur, suffixum autem singulare כָּל־ respicit formam externam וְ qva singularis numeri est. Hujus generis constructiones, ubi in una propositione de eodem subjecto modo singularis modo pluralis adhibetur, occurunt etiam aliis in locis quæ veritatem sententiae hujus comprobabunt. Sic dicitur *Deut. XXVII, 1.* qvod Moses populum allocutus sit his verbis שִׁמְוֹר custodi, observa Tu popule, statim subjungitur suffix. plur. אַתָּכֶם pro אַוְתָּךְ quod ponendum fuisset, si modo loqvendi semel inchoato insistere voluisset. *I. c. 2.* dicit: וְהִי־ה בַּיּוֹם אֲשֶׁר הָעָבֹד Eveniet autem illo tempore, quo transibitis Jordanem &c. seqvitur de eodem subjecto singul. אשר נֹתֵן לך quam dabit TIBI. Mox *v. 4.* dicitur בְּעִבְרָכֶם it. his subseqvitur eod. comm. Et oblinias calce *Deut. XXVIII, 14.* עַד הַשְׁמֹר. וְלֹא תִסְרֹר אשר מצוה אהיכם. usque dum Tu excisus sis *v. 62.* Rursus seqvitur sing. כי לא שמעת nisi אשר שש וְיַעֲלִיכֶם *v. 63.* plur. כי לא שמעת nisi נסחתם מעל latatus fuit Jehovah vobis bene facere ut exstirpemini e terra, in quam TV venisti ad occupandam eam. Quæ exempla, quorum plura allegare possemus, si rei necessitas postula-

laret, satis evincunt, hunc loquendi modum esse usitatum. add. Exod. XVI, 4. Exod. XVII, 3. Jer. XIII, 20. Deut. XII, 2. l. c. v. i. - Quibus adde ex nostro

C. IX, 12.

וְהַעַם לֹא שָׁב — וְלֹא רָשָׁן Populus hic non revertitur ad DEUM; neque qværunt &c. Cum hæc constructio satis clara sit, non est ut verbum addamus.

C. IX, 17,

וַיִּתְאַבֵּכְךָ גָּוֹת עֲשֵׂנָה Et in altum se elevant elevatio summi. ad v. In prioribus hujus commatis verbis subjectum fuerat רָשָׁעָה malitia, cum quo si Propheta nostrum verbum conjungere voluisset, ipsi dicendum fuisset התאַבְּכִי quod fœminino רָשָׁעָה in genere & numero respondisset. Hoc vero cum non factum sit, satis constat aliud quoddam subjectum e textu qværendum esse, quod erit עַם cuius mentio facta v. 15. vel יִשְׂרָאֵל v. 13. de quo v. 16. dixerat quod רָשָׁעָה:jam v. 17. adhibuit abstractum pro concr. רָשָׁעָה ad innuendam summam populi malitiam. In nostris verbis redit ad illud subjectum עַם licet non expressum sit, illudque construit cum verbo plurali, hoc vero recte h. l. subintelligi, docet discrepantia generis pariter ac numeri, ad quam removendam aliud nomen ejusdem cum verbo generis ac numeri supplendum est: vid. D. D. Danzii *Interpr.* §. 83. IV. Jam cum subjectum habeamus, quod cum verbo genere ac numero coincidit, illud neque constituet רָשָׁעָה neque verbo additæ voces, uti forsitan primo intuitu videri posset, עֲשֵׂנָה sed עַם uti diximus. Præterea necesse est, ut ex priori membro particula similitudinis בְּ quaּ שָׁא apposita erat repetamus, verbaque hoc modo explice-

E

mus

stus: ille populus malitiosus atque hypocriticus (חָנָף וּמַרְאֵת) tot tantaque patrare solet facinora ut (metaphoram de igne continuando) erumpant atque in altum se extollant, uti in elevatione sumi fieri solet, qui si ascendit, signum est haud obscurum flaminæ cujusdam in loco isto existentis. Particulam כ plerique Interpp: subintelligunt, quod ex aliis locis probant, in quibus necessario subintelligenda est; sic scribit Kimchius ad h. l. חֶפֶר הַכְּפָר הַרְמִינוֹן כְּגָאוֹת עֲשֵׂן וְכֵן לְבָ שְׁמָחָ יְטִיב גָּהָה deficit h. l. כ similitudinis & ita concipiendum est, ac si scriptum esset כְּגָאוֹת עֲשֵׂן sicut ascensio sumi, utile legimus Prov. XVII, 22. Animus lætus benefacit (homini) sicut medicina! Reliqua quæ affert cum lucem nostro affundant loco, hic quoque apponemus: לְפִי שְׁהַמְשִׁיל רְשֻׁעָתָה כְּגָאוֹת לְאַשׁ בְּוּרָת אָמַר שְׁהַתְּגַאוּ כְּלָוָר עַשְׁנָם גָּהָה כְּגָאוֹת עֲשֵׂן כְּלָוָר שְׁהַתְּפִרְסָמוּ בְּמַעַשְׁיָהֶם הַרְעִים עַד שְׁכָלָה האַמְוֹרָת וּרוּעָו בְּהַמְּסָכָה כִּי יְשִׁירָה הַעֲשֵׂן וְלֹא זְרָאָה הַאַשׁ כֵּן יְרָעָו הַרְחֹזְקִים מַעֲשִׂים הַרְעִים h. e. Quoniam comparaverat malitiam eorum igniarenti, addit quod se extulerint, elati fuerint, h. e. fumus eorum ascenderit sicut in altum se tollit fumus, quæ metaphora indicatur, quod divulgati sint operibus suis malis adeo ut omnes gentes ista cognoverint: si quis enim videt fumum, nonne simul videbit ignem? pari modo norunt ii qui longe ab iis dissipati sunt facinora eorum prava: Sin vero aliorum explicationem assumas, qui אַבְּרָא idem esse volunt quod אַבְּקָר reddendumque esse asserunt per dissipare, perinde erit, cum particulam similitudinis כ intelligant, & יהַאְבְּכָו ita construant, ut ad עַ referatur, nec ullo modo cum גָּאוֹת עֲשֵׂן cohæreat, uti Forerius in h. l. facit. Buxtorfius in Lexico Biblico eandem affert explicationem, Quæ Raschi ad hanc

704

vocem ejus generis sunt, ut se vix ulli probare queant, cum dicat, ubicunque נִכְרֵה occurrat, illud derivandum esse ex significatione rad. בּוֹך perplexum esse, interdum igitur occurrere cum נ interdum autem נ & נ inter se permutari, unde fiat נַאֲבָך uti in hoc loco: foret autem ex mente ejus significatio verborum & implexi, confusi sunt propter funium ascendentem ex igne æstus divini, quem succenderunt iniquitates eorum.

## C. IX, 18.

**אִישׁ נֶאֱלָתָה וְחַמְלָז** Quilibet alteri non parcent. Cum נominis collectivi significationem quandoque subire queat, ut sumatur pro cœtu ex pluribus viris constante, ideo potest ipsi addi verbum plurale, quod supra ad C. III, 6. exemplis comprobatum dedimus. H. I. tamen miram in modum singularis & pluralis numerus inter se permutantur, atque modo hic, modo ille, voci אִישׁ additur. Statim enim sequitur וַיַּגְזֵר in sing. it. & esuriet, וְרָעָב & comedet, mox sequitur pluralis וְלֹא שָׁבָע neque saturabuntur; manifesto indicio constructionis varietatem a voce נֶאֱלָתָה pendere, integrâ tamen ubique analogia syntactica manente. V. *Interpr.* partim §. 81. partim §. 31. num. 2. Reddes itaque latine: nullus proximo parcet (ad verb. quilibet alteri non parcent) sed potius ad dextram aliquid ad victum pertinens absindet, & famelicus permanebit quilibet: si comederit ad sinistram, minime saturabuntur quisque eorum, quisque carne brachii sui vescentur. Hunc loquendi morem latina lingua non prorsus respuit, sic enim Livius *Lib. II.* missi confessim honoratissimus quisque ex patribus. Tac. Intimus quisque libertorum vincit, id. eos suffragio turbidissimus quisque delecti.

בְּלַתִּי כָּרְעֵ—וְתַחֲרֵתִ הַרְגִּים יְפָלֵן Varie redduntur & explicantur hæc verba: Vatablus ait, interpretem addidisse, nisi se incurvaverit inter vinctos, non evadet sc: alios autem reddidisse, sine me cogetur se incurvare, i. e. quoniam me deseruerunt, atque hac sua desertione talè quid promeriti sunt. Hac ratione explicat Kimchius, quoniam non estis populus meus amplius propter peccata vestra hæc pœna vobis infligetur, ut quidam se incurvare cogantur, alii inter occisos una cadant, ubi בְּלַתִּי [pro primæ personæ suffixo habet, afferens locum וּבְלַתִּי אֵין מֹשִׁיעַ & præter me non est Servator, *Hof. XIII,*

**4.** Forerius reddit: ne incurvemini, numero mutato, & personis simul mutatis, aitque se in hoc Vulgatam esse fecutum, hoc sensu: quo proripient sese principes tui, ne incurvent sese inter vinctos, aut inter occisos prorsus pereant. Grotius paulo presius inhæret verbis ebraicis, sed pariter supplet verba, non evadet, uti Aben-Esra supplet לֹא יִמְלֹט, qua tamen ellipsi carere possumus. Melius itaque videtur verbum כָּרְעֵ referre ad כְּרֻכָּם in v. anteced. quæ vox pluralem יְפָלֵן simul excusabit. Quærit DEUS per Prophetam, in quonam loco relicturi sint gloriam suam? (gloria vero h. l accipitur pro copiis, exercitu, quippe in quo reges magnam gloriam quærunt, conf. Münsterum & Aben-Esram, *ad b. l.* quorum posterior dicit: כְּבָוד הָוָא חַמְנוֹן gloria significat h. l. exercitum.) Respondet ad hanc interrogationem: nisi forte pars earum copiarum cogatur inter vinctos sese incurvare, pars vero inter reliquos occisos una perire in nullo loco amplius existet. Discrepantia autem numeri quam optime excusari potest,

est, si ultimam vocem כברכם præced. vers. propositam h. l. subintelligamus, quæ nominis collectivi significationem sustinet: vid. v. 16. 18. huj. Capitis ubi in eadem significatione occurrit; conf. R. D. K. ad h. l. scribens: במקוֹם כבָרְנוּ כִלּוּמֵר בַמִקְוָם שְׁהַוְרֵה שְׁמֵן מִתְכַבֵּד: loco gloriæ ejus h. e. Ioco ejus quod ibi fuerit exercitus fortis & numerosus se glorians, adiustione consumetur: add. Gussetius in Com. L.S. sub נָכַר qui eandem vocem ad verbum refert: qua ratione singularem numerum prioris membra respicit כבָרְעֵה כְבָרְעֵה quoad externam formam nomen singulare, pluralem vero numerum יְפָלוּ respiciet eadem vox כבָרְעֵה sed ratione sensus spectata, qua plures uno comprehenduntur in exercitu, in quo reges gloriari solent. Kimchius subiectum, quod plur. & singularis numerus verbi respiciat, facit ע, לְפִי quoad sensum tamen a nobis non alienus est: שהעַם הַזֶּה בְּלֹתֵי אַיִם עַמִּי וְלֹא שְׂמֻנִים אֲלֵי לְפִיכָךְ כְבָרְעֵה וְתְהִירָה אָסִיר כִּלּוּמֵר בַמִקְוָמֵה הַאֲסִירִים כְבָרְעֵה לְהִיוֹת עָצָם וּבַמִקְוָמֵה חֲרוֹגִים זָם כִּי יְפָלוּ הַס חֲרוֹגִים כִּלּוּמֵר מֵהֶם יְהִי שְׁבִיָּה וְטַהַרְתָּם הַרְאָיָה לְאֵשׁ שָׁאֵר אחר מֵהֶם בָּאָרֶץ כִּי כּוֹלֵב יְהָוָה גָּלֵב אוֹ הַרְוָגִים h. e. Quoniam populus hic absque me, meisque præceptis vivit, non amplius est populus meus, quia non mihi obsequuntur, propterea se incurvare cogetur sub viñctis reliquis, quasi dixisset, in eo loco ubi reliqui captivi tenentur, se etiam incurvabit, ut cum illis una sit, & in loco ubi occisi prostrati jacent, illi pariter peribunt interficti, quibus indicatur, partem illorum captivam abduci, partem autem occidi, ut ne unus quidem ex illis relinquatur in terra sua, quoniam omnes vel in captivitatem migrabunt, vel interficiantur. Qua explicacione assumta & vel כבָרְעֵה vel ע intellecto, non opus erit

enallagen personarum statuere pro כְּרֻעַתָּה & הַפְּלָא positarum , uti præter supra nominatos Jonathan in translatione sua fecit , reddens hæc in secunda persona בְּכֵן כִּרְמָן אֲרַעַכּוֹן אֲסִירִין תְּהַאֲפָרֹן וּבֶרֶת מִקְרָוְכּוֹן קְטִילִין תְּהַרְמָמוֹן : eo tempore ex terra vestra partim captivi & vinciti abducemini , partim autem ex urbibus vestris occisi projiciemini .

## C. X. 5.

**V**æ Assuri baculo iræ meæ , & virga excandescientiæ meæ est in manu eorum . Nomen singulari numeri אֲשֹׁור præcedens , suffixum הַ in eodem secum numero postulare videtur : quo minus autem hoc factum sit , in causa est vox אֲשִׁיר , quæ totum exercitum Assyriacum sub se comprehendit , cui deinceps recte suffixum plurale respondet , ut etiam Aben-Esra suffixum plurale explicat per בְּנֵי אֲשֹׁור . Nisi malis in priori membro intelligere Regem Assyriæ tantum ad quem sermo dirigatur , in posteriori vero exercitum ejus , uti hoc non infrequens est in S. literis , ut rex in antecedentibus nominetur primario , reliquis ejus servis vel ministris non exclusis , vel vice versa , *conf. E. V, 25. add. 1. Reg. XII, 18.* Id quod etiam colligi posse videatur ex v. 7. ubi rex de principibus suis loquitur , quæ verba ad alium quam ad regem referri non possunt . Observamus amplius h. 1 v. 6. adhiberi rursus suffixum singulare , it אֲשֶׁר חָנוּן quod pariter respicit אֲשֹׁור illudque vel ad regem tanquam autorem totius belli , vel ad אֲשֹׁור collective consideratum trahere potes . Monet quidem Kimchius in Comment. ad h. 1. esse quosdam interpret. qui בְּנֵי acciperent pro בְּנֵי קָוָמָה sc. Israelita-

elitarum, sed dicit, alios suffixum plurale referre ad sub-intelligendum nomen commodum מְחַנָּה אֲשֹׁור Exercitum Assuris, quæ cum nostra sententia facile potest conciliari explicatio.

## C. X, 19.

וְשָׂאֵר עַצְמָתֶר וְהַיּוֹן Et residuum lignorum silvæ ejus numerus erunt, ad v. t. שָׂאֵר qua formam exterrant singulari, jungendum videbatur verbum itidem singularis numeri. Verum cum sub reliquiis, residuo hominum, non unus tantum continetur homo, sed totum cœtum nonnunquam constituat שָׂאֵר ideo rectissime ipsi respondet verbum in plurali numero: sic ipsi pluralem junctum legimus *Jerem. XLII, 15. Jes. XLIII, 5. Amos I, 8. Nebem. XI, 1.* alibique. Id tantum monemus, statim v. 20 deprehendi constructum cum singulari. לא יוסיַף שָׂאֵר. Alia loca, in quibus cum singulari occurrit, quoniam ubivis obvia sunt, dimittimus.

## C. X, 28. &amp; 29.

בָּתָה עַל־עִירָת עֲבָרִים—יִפְקִיד כָּלֹויָה In foto hoc versu singularis adhibetur de rege Assyriorum, vel ejus exercitu. v. 29. sequitur pluralis, ut *עֲבָרִים* it. לְנוּ transierunt, pernoctarunt, ad ejus exercitum, vel populum Assyriacum, tanquam nomen collectivum attendendo. Sunt quidem nonnulli interpretum, qui vocem לְנוּ pro pronome plurali primæ personæ cum præfixo ל reputant, mutationemque personarum h. l. inducunt, pro positam, uti Forerius, sed absque ulla necessitate ullo que sensu emergente. Communiter reddere solent, pernoctare, commorari, Aben-Esra, Raschi, Kimchius, Vatablus,

tablus, Grotius, aliique. Et si vel maxime לְנוּ pro suffixo accipias, obstabit tamen עַבְרוֹ plur. numeri, singularibus verbis prioribus non respondens, nisi collective explices.

## C. XII, 1.

**וְאָמְרָתִ בֵּין הַהֲוָאָתָן** Et dicas illo tempore: in hoc & sqq. commate semper adhibetur singularis numerus tanquam de subjecto unico tantum; v. 4. וְיֵצֵא adhibet numerus pluralis de uno eodemque subjecto. Sollicitis autem nobis de eo ad quem hæc dicantur, sese offert ex c. XI, 16. שָׁאָר עַמּוֹ de quo dicebatur, quod ipsi via tuta futura sit, ut ex captivitate Babylonica possit exire, quod a quibusdam refertur ad tempora Messiae, quibus omnia impedimenta remota erunt, quæ eis forsan remoram injicere possent, quo minus ad Messiam se converterent. Pro hoc ingenti beneficio gratias DEO agere debebant, cujus gratiarum actionis summam Propheta in nostro cap. præscribit. Erit itaque subjectum, quod gratias agere debet שָׁאָר עַמּוֹ sive יִשְׂרָאֵל quem Propheta in singulari numero alloquitur, cum עַמּוֹ qua externam formam sit singulare, v. 3. autem & v. 4. numerum adhibet plurativum, ubi ad sensum vocis עַמּוֹ attendit. Hanc discrepantiam observarunt etiam Kimchius & Aben-Esra, uterque autem explicat distributive, וְאָמְרָתִ בֵּין לְזֶה & dicatis unus, quilibet alteri, quod equidem non rejiciendum, fundamentum autem hujus permutationis situm est in justa consideratione vocis עַמּוֹ plures uno sub se comprehendentis. Hieronymus quidem, observante B. Sebastian. Schmidio ad h. l. pluralem relatum vult ad Apostolos, sed bene monet,

non

non incommodè se retulisse ad totam ecclesiam ex fidibus constantem.

## C. XIII, 14.

עַמּוֹ יִפְנוּ אֶל-אִישׁ quilibet ad populum suum respicient, aufugient. Plurale verbum quod singulari respondet, excusabitur, si illud tanquam nomen collectivum consideres, uti supra observavimus; vel si ;uxta §. 31. D. D. Danz. Interpr. quilibet אישׁ reddas, & distributive explices. juxta §. 84. 2.

v. 17.

**אָרֶת פְּרוּ** Medium, qui non æstimabant argentum &c. Quæ exempla hactenus vidimus de nominibus collectivis occurrentia, qvibus verbum plurale junctum est, idem obtinet in nominibus propriis pro toto populo usurpati, cum ad populum hunc vel illum constituendum, non unus sed plures reqvirantur. Quod si observamus, facile nobis erit judicium ferre de iis locis, in quibus nomen proprium, collective usurpatum pro toto populo, in singulari numero constructum occurrit cum verbo plurali: v. g. ut unum saltem adducamus locum *Judic. XX, 13.* בְּנֵימִין construitur cum verbo plurali וְלִיאָ אֲבוֹ Keri autem in margine appositorum legendum esse notat כתיב pluralis numerus addendus est verbo plurali, licet in textu non expressus sit. Nos vero hac observatione supercedere possumus, si pluralem numerum recte voci appositum statuimus propter significationem collectivam, quam hujus generis nomina habent.

## C. XIII, 23.

**וְעַכְתֵּב אַיִלָּה** Et respondebit ululæ, ad v. Nemo non videt

E

videt

Videt discrepantiam substantivi nominis cum verbo, hujus in singulari illius in plurali prolati, & nihilo minus omnes fere Interpretes reddiderunt, & clamabunt, ejulabunt ululæ, verbo atque nomine qua numerum inter se convenientibus. Verum licet non addiderint, qvare ita transtulerint verbum singul. in plurali, facile tamen est conjicere, ex idiotismo linguæ eos hanc constructio nem derivasse, cuius natura hæc est, ut verbum singulare cum nomine plurali constructum, ita efferratur, ac si unumquodque singulare sub plurali contentum cum verbo jungeretur, h. m. Et respondebit, clamabit ibi quælibet ulula, nisi malis partitive reddere, vel indefinite, & ululæ (aliquæ) ejulabunt in palatiis ejus. Hanc discrepantiam observavit etiam Aben Esra, qui plane ad nostram mentem hæc verba explicat. **אֵיָה לְשׁוֹן רַבִּים מִן אֵיהֶנְדּוֹסִירְוֹשׁוֹ וְעַנְהָ שֵׁם כָּל אַחֲרֵי מְהַאיִם וְכָל Dicit in numero plurali a singul. **אֵיה**; verborum autem horum explicatio est, quod ibi vocem suam elatura sit quælibet ulularum &c. Juxta hunc adesset etiam discrepantia generis, cum vocem derivat a singul. **אֵיה** cornix, pica, qua terminationem fœmininæ, quia tam et tollitur, si generis communis hanc vocem esse assertas, cum nomina animalium sint communia, licet sub una terminatione saltem occurrant, utrumq; sexum denotantia.**

C. XIV, 1, 1

**כָּלָוֹתָהּ הַגָּהָ וְנִסְפָּחוֹ עַלְתָּ בֵּירָא יַעֲקֹבּ.**  
Adjunget se illis peregrinus, & associabunt se familiæ Jacob. In anteced. exemplo verbum sing. cum plurali nomine constructum erat, hoc loco modo inverso verbum plurale cum nomine singulari. Sed itidem ad modum

an-

anteced. explicabitur distributive nimirum: quilibet peregrinorum associabit se domui Jacob præsertim si ad **ה** attendamus, qvod interdum per quilibet redditur. **יְחִיבָרּוּ** גַּר **אֶת** una cum verbo in plurali explicat **גָּרֵיּוֹת עַלְיהֶם** jungentur cum illis in societate peregrini, qua ratione pluralem seqventem connectit. In plurali priora verba etiam reddidit Jonathan in translatione sua: **יְהוָסְפּוּ גִּנְוִרִין עַלְיהֶן וּסְתַמְכּוּן עַל בֵּית יְעָקֹב:**

Ez. XIV, 17.

**נָחָרָה שְׁקָטָה כָּלָה הָרָץ פָּצָחוּ רְנוּתָה:** quieta & tranquilla est tota terra, edunt cantum. Verbum פָּצָחъ cum dubio procul respiciat ארץ subjectum hujus versus, videbatur constructio semel inchoata continuanda esse, ut posterius verbum cum ארץ in numero conveniret **פָּצָחה** Considerantibus autem nobis variam construendi rationem in collectivis usitatam, ubi in eadem propositione eodem manente Subjecto numeri & generis se prodit discrepantia, facile hic loquendi modus ferendus erit, cum ארץ tanquam nomen collectivum verbum plurale non respuat. Alii quidem hanc dictionem referunt ad metonymiam ubi continens pro contento ponitur, juxta Glassii Philol. L. IV. Tr. I. c. III. p. m. 1468. ut terra dicatur pro hominibus sive incolis terræ, quod facile quoque largimur cum terra in se spectata, non possit exultare: illud tamen concedendum est pluralem numerum cum ארץ ratione sensus egregie convenire. Quilibet enim perspicit unico tantum homine ad totam regionem incolendam non opus esse, sed plures requiri. Posset etiam ellipsis statuere vocis איש in Scriptura sacra non prouersus inusitatam, præcipue tamen ante nomina, cum

F 2

qui-

quibus constructa constituit concreta denominativa, ut  
innuerentur incolæ terræ, qui cantum edere debent. Oc-  
currit vero אָרֶץ in aliis multis locis scripturæ cum ver-  
bo plurali constructum, v. g. 1. Sam. **XIX**, 26. יְבוָאֵנוּ אָרֶץ  
2. Sam. **XV**, 23. וְכֹל הָאָרֶץ כָּבוֹד addatur 1. Sam. **XVII**,  
46. in quibus locis eadem vox אִישׁ subintellesta sensum  
haud ineptum parit. Noster autem locus ideo notari  
meretur, quod in priori sermonis membro אָרֶץ tanquam  
nomen singulare construatur, in posteriori autem tan-  
quam collectivum cum verbo plurali.

Ez. XIV, n.

**וַיְמַכְסִיר הַוּרָה** & obtegentes te sunt vermis ad v. Hæ  
voces inter se connexæ dupli laborant anomalia con-  
structionis: primo quidem ratione numeri quo partici-  
pium non convenit cum nomine, & secundo ratione ge-  
neris masculini juncti fœminino substantivo, de priori  
dispiciemus h. l. Huic vero locutioni ab ordinario lo-  
quendi modo deflectenti haud parum excusationis af-  
feret legitima consideratio vocis **הַוּרָה** quæ tanquam no-  
men collectivum omnia vermium individua sub se com-  
prehendit, qva ratione verbum in numero plurali sibi  
junctum tolerare potest. Sic de aliis generis animanti-  
bus adhibetur pariter singularis oppido tamen plura in-  
cludens, v. g. Gen. **XXXII**, 5. dicitur זְבוּב  
& fuit mihi bos & asinus, i. e. multitudo sive grex boum  
atque asinorum, 2. Reg. **VII**, 10. dicitur סִוס וְחַמּוֹר אֲסֻן  
eqvus atqve asinus allig. tas, plures uno includi equos  
atqve asinos constat ex consideratione contextus, in quo  
sermo est de exercitu Syrorum, relicitis eqvis aliasqve ge-  
neris bestiis, aufugientium. Exod. **III**, 2. dicitur וְתַעַל  
**הַצְפָּרָעָה**

& ascendit rana, i. e. ingens numerus ranarum, utpote quæ totam terram obtegebant. De his & similibus scribunt Rabbini, **כלם לשון כלל ידבר על רבים** h. e. hæc omnia dicuntur sensu collectivo: loquitur de pluribus collective in numero singulari, conf. R. S. ben Melech in Michl. Jophi ad *Genes. XXVII*, 5. Quod si ita est, ut nomen in singulari licet positum, pluralem tamen significationem habeat propter collectivam, qva pollet, vim, nil impedit quo minus verbum quoque in plurali ipsi jungatur. Possit etiam distributive reddere, quilibet vermis, sive partitive, multitudo, pars vermium obteget te.

## C. XV, 3.

**חגרו שָׁק** — **כל־זְיַלְוֵל יוֹרֶר בְּכִי**: amiciunt se faccio complexus ejus ejulabit, descendet in fletu. De Moabo v. 2. dictum erat, quod ejulaturus sit numero singulari, de eodem dicitur hoc commate, quod cincturi se sint faccio in numero plurali voce Moab tanquam collectiva considerata cui verbum plurale addi potest, statim vero in eadem propositione de eodem subjecto adhibetur singularis **מוֹאָב** qvod tanquam vox singularis numeri consideratur, cum tamen si ad **חגרו** quod modo in plurali præcesserat referri debuisset, per **כלם** item **זְיַלְוֵל** effundendum fuisset, addat: Kimchi ad b. l.

## Ez. XV, 5.

**כִּי מַעֲלָה־צָעֵלָה כֵּי רֹרֶךְ חַרְנוֹנִים זַעֲקָת שָׁבֵר יְעַרְבָּה**. Per ascensum Luchit ascendet, nam in via Choronajim. clamorem ruinæ excitabunt. Præter mutationem generis, quam infra annotabimus, est mutatio quoque numeri in his verbis. Subjectum uti ex initio versus pa-

F 3

tet

et est Moab, vel si proprius mavis, profugi ejus Moab. De his vel etiam Moab dicitur, quod ascensurus sit in sing. per viam uti quidam reddunt clivosam Luchit cum fletu atque planctu: Statim dicitur de hoc in plurali, qvod excitaturi sint clamorem ob ingentem jacturam quam patientur. Hujus vero constructionis ex hactenus dictis facilis datur conciliationis modus, si enim regularis ad בְּרִיחָה tanquam proprius vertendum erit distributive: quilibet profugorum Moabi ascendet, cum quo deinceps congruit pluralis יַעֲרוֹ eundem referendo ad בְּרִיחָה. Nisi malis prius יַעֲלָה referre ad Moab construtum in priori membro tanquam nomen singulare, in posteriori vero pluralis numerus יַעֲרוֹ trahendus erit ad idem subjectum, qvod tamen tanquam nomen pluralis numeri considerari potest propter significationem collectivam.

## Ez. XV, 4.

חֶלְצֵי מוֹאָב יְרִיעָו — נְפָשׁוֹ וּרְעָתָלוֹ accincti ad bellum Moabi vociferabuntur, anima ejus mala videbitur ipsi. חֶלְצֵי מוֹאָב uti quilibet videt trahendum est ad verba qvibus proinde suffixum respondere debuisse eodem numero per לְהַלֵּךְ it. נְפָשָׁו. Sed uti ex multis jamjam videntur exemplis saepius mutatio numeri occurrit, quæ tamen nullum dictionis vitium habet. Suffixum enim singulari si distributive reddas, ut ad quemlibet ex numero istorum armatorum Moabi trahatur haud parum emphaseos hæc verba a Propheta prolata habebunt: quam locutionem ponderosam esse observavit quoque Aben-Esra in notis ad h. l. his verbis: וְהַנְּכוֹן שְׁכָל אֶחָד יִזְעַק וּוְאֶסְטָר h.e, mihi quam commodissime hæc ita explicari videntur,

ut

ut Propheta qvemlibet clamantem atque dicentem introducat: ubi versum seqq. deinceps cum suo וַיֹּאמֶר in notis adhibito connectit, quasi hæc verba forent cuiuslibet militum Moabiticorum. Alii suffixum ו referunt ad Moab collective sumptum, totum nimirum populum Moabi cui deinceps suffixum respondeat tanquam nomini quoad formam externam singulatis numeri *vid. Raschium in b. l.* add. B. Seb. Schmidius.

*Ez. XV, 7.*

— יִתְאַוֵּס פְּקָרָתָם & depositum eorum deportabunt ista ad v. Suffixum plurale verbo יִשְׁאֵל additum sine dubio referendum est ad præcedens fœmininum פְּקָרָה cum quo si suffixum convenire debuisset in verbo efferendum fuisset per יִשְׁאֵל. Quamvis enim suffixum in verbo conspiciendum obliquum tantum designet casum nominis פְּקָרָה cum hoc tamen in numero & genere consonare debebat. Interea nobis tam diu supponere liceat præcessisse Masculinum singul. מְמוֹן vel aliud qvoddam nomen de qvo infra in discrepantia generis videbimus, huic vero respondere suffixum plurale, quod qtioniam cum objecto suo in numero discrepat, distributive reddendum est h. m. & cuiuslibet generis divitias depositas vel ab ipsis collectas & domi reconditas deportabunt sive hostes, sive Moab ipse ad vallem Arabum. Si præterea יִשְׁאֵל juxta nonnullos interpres ad Moab traxeris, in hoc ipso commate nova se exserit mutatio numeri eodem subjecto manente; ita ut cum in priori appellatione Moabi de eo dicatur, quod omne residuum quod sibi collegerit (nomine Moab tanquam singulari considerato) una cum divitiis suis deportaturi

taturi sint ad vallem Arabum, jam in posteriori pluralis numerus de eodem adhibetur.

*Ez. XIV, 32.*

מִתְחָנֵן מֶלֶךְ גּוֹיִם **תְּהִנֵּה מֶלֶךְ גּוֹיִם** quid dicet legati gentis ad v. Si subjectum loquens constituimus legatos gentium, omnino verbum ab eo ratione numeri discrepabit, cum manifestum sit illud plurali numero efferendum fuisse per רַעֲנָנוּ. Sed sunt nonnulli interpretes qui יְעַנֵּה passive reddunt, vel quod eodem recidit participium עַנֵּה supplent: quid dicet quilibet loquens ad legatos gentium, vel quid respondebitur legatis hujus generis nova annunciantibus, *vid. Interp. §. 79. II, 1. 3.* id qvad facit Grotius in notis ad hunc locum, & si h. m. explicamus nulla aderit numeri discrepantia. Alii tamen uti Kimchi, Aben-Esra, Raschi, Vatablus, S. Schmidius distributive reddunt מִתְחָנֵן מֶלֶךְ גּוֹיִם יְעַנֵּה: quid quilibet legatorum a gentibus vicinis atque exteris missorum dicet? In eo tamen in diversas abeunt sententias, qvad pars eorum per legatos gentis intelligit legatos gentis cuiuslibet peregrinæ in Iudæam missos, qui deinceps domum reversi regibus suis annunciarint florentissimum statum regni Judaici temporibus Hiskiæ, uti faciunt Aben-Esra, Forerius, Vatablus, Kimchi, it. Jonathan in Targum: alii tamen ut Raschi cum B. S. Schmidio ad legatos Israelis trahunt, qui emissi sint e terra Israelis ut reliquis palam facerent benignitatem & auxilium Jehovæ quod præstitisset Iudææ temporibus Hiskiæ. Atque hæc nobis sufficient hæc vice attulisse de discrepantia numeri.

CAP.

## CAP. II.

## DE DISCREPANTIA GENERIS,

VBI VERBVM , ADJECTIVUM , VEL SUFFIXVM  
CVM OBJECTO SVO NON CONVENIT.

EJ. II, 17.

וְשַׁחַת גִּבְהֹרֶת אֲרָם & deprimetur arrogantia hominis cuiuslibet. In hac dictione prouti primum lectorum oculis & auribus se offert; haud parum asperi & horridi deprehenditur, cum eandem vix aures ordinario loquendi modo assuetæ ferre possint, quo Substantivum cum verbo genere & numero convenire solet. Rabbinorum quidem atq; Talmudicorum scripta non adeo abhorrire ab hoc loquendi genere, vel singulæ paginæ in iisdem quemvis edocere possunt. Verum in Scriptura S. has ut commodiori interpretatione emolliamus formulas necesse est, cum autoribus earum neque per inscitiam neque imprudentiam easdem excidisse statuendum sit. Ad suspicitionem vero solœcismi Scripturæ S. abstergendam in nostro quidem loco duplici possumus via incedere. Notum est uti in aliis linguis ita in hac quoque ebræa vocem quandoque omissam esse, quæ in constructione supplenda est, ut hæc se recte habeat, verbumque cum nomine in genere conveniat, v. *Interpr. §. 83. IV.* Vix autem commodior b.l. suppleri potest, quam vox רַבֵּר generis oppido masculini, cum qua וְשַׁחַת cohæreat: qvaratione Deus minatur se omnem occasionem hominibus istis elatis præscissurum esse, ne in posterum aliis se præferre queant. Kimchius solertissimus alias harum discrepantium con-

G

stru-

structionum observator, hanc in suo ad b. l. Commentario intactam reliquit: in simili tamen locutione c. nim. XVII, Ef. 3. 10. eandem conciliationis viam ingreditur, ubi ad verba שָׁפְחָה וּנְאָסָף ita commentatur וּנְאָסָף שָׁמַחַת הַסּוֹר אֶלְיוֹ הַוָּא לְשׁוֹן נִקְבָּה פִּירּוֹשׁ בְּחֵסֶרֶן מְלָתָה רַבֵּר כְּלֻומָר כָּלְלָה רַבֵּר שְׁמַחְרָה יְהִיָּה In illa vero constructione quama- sculinum connectitur cum voce generis fœminini, ejusmodi explicatio debet fieri, ut vocula per ellipsin omissa suppleatur, quasi dixisset, omnis res occasio gaudi erit ablata a Carmel. Atque hujusmodi omissione vocis in aliis quoque locutionibus obtinet v. g. Psalm. XXXVIII, 8. כְּסִילֵי מְלָאוּ נִקְלָה intestina mea repleta sunt vili sc. re, sic Aben-Esra supplet ad b. l. ita scribens: הַטָּעַם קָרְבֵּיו מְלָאוּ דְּבָרָרְכָּבְרָה וּנְקָלָה אִינְנוּ: sensus est, intestina ejus repleta sunt re abominanda atque detestabili, neque enim ore istam enunciare decebat. Eodem modo R. S. B. Melechi in Michl. Jophi subintelligit plagam, sensu eodem emergente: נִקְלָה חֹואָר וְהַוָּאָחָר הַמְתוֹאָר כְּמָוָר כִּי: חַפּוּוֹרָתָךְ אֲתָּה כְּעַדְרָה הַקְצּוּבָהָתָךְ וּפִירּוֹשָׁךְ נְגַע נִקְלָה: Vocabulum נִקְלָה est Adjectivum, cuius Substantivum abest, uti in loco Cant. IV, 2. atque Dan. IX, 23. explicatio autem ita debet institui, ut subintelligatur נְגַע vulnus detestabile atque contemptibile. Substantivum commodum in hac constitutione subintelligendum affirmat quoque B. Glassius in Pbil. s. l. III. Tr. III. Can. LV. Ellipsis vocis רַבֵּר in adjectivis pariter occurtere, ideo annotavimus, ut ostenderemus רַבֵּר abesse cum in constructione cum alio nomine, tum in adjectivis necessario de-

2963.

bere suppleri. Neque prorsus ignorat hanc locutionem lingua latina, ubi nimirum discordia est inter substantivum, & adjectivum, quod posterius in genere nonnunquam neutro adhæret substantivo masculino, aut fœminino; v. g. in illo Maronis *Eccles. III.* triste lupus stabulis. ib. dulce satis humor. *L. IV.* Æneid. varium & mutabile semper fœmina. Vocant quidam ἔαλλαγη generis, sed si rem ad vivum resecamus nulla est hic ἔαλλαγη, sed ἔλλεψις. Hic loquendi mos Græcis quoque est usitatus, qui subintelligunt χρῆμα: ut in illo Homericō: ἐν τῷ αὐτῷ πολυποιησάντι, non est bonum multorum dominatus, subintell. χρῆμα negotium. Vid. de his G. J. Vossius in Aristarch. *L. VII. c. V. it. c. VI.*

Non possumus interea non hoc loco producere R. Kimchium, qui in Michlol fol. 4. Col. I. lin. 29. sqq. hujus discrepantiæ generis mentionem injiciens, multa adducit exempla ad nostrum illustrandum apta, his verbis: ומצאנִ במקומות לנכח בלבשין זכרו אשר הביא שפחתרן כי חזק מטנו המלחמה והיה העיר קרובת והיה הנערחה והיה העלמה כי יהוה נערת הבתולה וייה ברכות יי' ובלשון היה יבא זורה ברוב כי רוצח בו על הענין ובא אלה לפני מזבחר פלאש כלב מעלה יולד שבר אחכשה לי החטotor וארכבה עלייה ובא עלייר רעה ובא בשנה השמואה תחרת השאלן אשר שאל לויו התבואתי מכספ נבחרו ורעת מהרו נבחרו ועולה לא נמצא בפיו הפלצתה השויא אוחר צעקה בגוים נשמעו ויאבר את לב מתנה אשר כמושו לא נהייתה והבא את המנחה אשר יעשה מלאה יעשה מלאכה ומן עברותך הקשורה אשר עבר בך תהתקיך יצע רמאיו ומכסיך הולעה המדבר אליך והבאתו אליו והעשוי הרעורת ותוכלת התבאות לך מהם תהיה נעלמה עד מתי תלין בקרבר ותבאות עד שנותיר וכל המלאכה נמבזה ג נמפה

ונזס אותה החרוםו/ ואפלה מנרכו/ ואת שדורו/ שבי  
 רומם/ עורי כאבן רומם/ ויעבור הרנהו/ כל אלדר  
 והרומים להם אשר התוצאה לשון זכר לנכבה או  
 לשון נקבה לזכר כטו ותכל היידן אפר הקהלהו/  
 אשר אין געשה פתגם/ עמל תיגענו/ אשר אדרבר  
 רבר ויעשה לא חמשך עורה **לא** שוהיה לשון זה  
 נופל אל זה אלא בכל אחד מהם רבר נסתור נופלו/  
 וסמרק הכתוב על המביזו בהיות הרבר ההוא הנופל  
 נזכר בעניין או טיק ממוני כטו שעשרה בפסוק  
**לא** תשחט ע- חמץ דם זבחו רל לא תשחט  
 הזבח ולא תורק רמו על החמץ ואות המקר-  
**הרי** קצורה כי כו' דרכ' המקא במקומו ריביס-  
 „h. e. nos deprehendimus in nonnullis locis de nomine  
 „fœminini generis usurpatum adjectivum vel verbum  
 „masculinum, v. g. 1. Sam. XXV, 27. benedictio quam ob-  
 „tulit ancilla tua Domino meo. 2. Reg. III, 26. cum videret  
 „quod bellum gravius quam ipse ferre poterat fieret. Deut.  
 „XXI, 3. si fuerit urbs propinqua occiso. Gen. XXIV, 14 &  
 „erit ista puella ad quam dixero &c. 1. c. v. 43. Et ista  
 „virgo quæ egredietur ad hauriendum erit mulier &c.  
 „Deut. XXII, 23. si fuerit virgo puella. Genes. XXXIX, 5.  
 „& fuit benedictio Dei &c. atque cum verbo **הוּא** occur-  
 „rit hæc constructio in multis locis, ubi ad sensum Scriptor  
 „sacer attendit. Sic legimus de aliis verbis v. g. 1. Reg.  
 „IIX, 31. cum venerit execratio ante altare tuum, 1.  
 „Cbron. II, 48. concubina Calebi Maala peperit Scheber.  
 „2. Sam. XIX, 27. insternam mihi asinam, & insidebo ei.  
 „Ez. XLVII, 11. si tibi evenerit malum. Jer. LI, 46. cum  
 „venerit anno uno rumor iste. 1. Sam. II, 20. pro petiti-  
 „one quam petiit a Jehovah Proverb. IIX, 19. & proven-  
 „tus meus melior est argento. ibid. v. 11. scientia pretio-  
 „rior est auro in quibus tamen duobus exemplis  
 præter

præter necessitatem ad fœmininum הַבּוֹאָה trahitur a,,  
 Kimchi, cum ad כְּנָס & כְּרָזֶה nomina generis Masc. me-  
 lius referri possit. *Malach.* II, 6. iniq[uitas] non inventa,,  
 fuit in ore ipsius. *Jer.* XLIX, 15. horror tuus decipit te.,,  
*jer.* L, 46. clamor inter gentes auditus est. *Ecc[lesiast] VII,* 7,,  
 munus perdit cor. *Exod.* XI, 6. clamor cui similis nun-,,  
 quam fuit. *Levit.* II, 8. offeras fertum quod ex illis fa-,,  
 ctum sit. *Exod.* XXXI, 15. opus fiat. *Ez.* XIV, 3. a servi-,,  
 tute dura, quæ in te exercita fuit. *Ibid.* v. 12. infra te,,  
 stratus erit vermis & obteget te quilibet vermiculorum.,,  
 2. *Sam.* XIV, 10. illum qui ad te locutus est adducas ad,,  
 me. *Jer.* III, 5. fecisti ista mala & potentem te in iis ex-,,  
 hibuisti. *Jes.* LVII, 8. & excidisti tibi cubile ab illis. *Nab.*,,  
 III, 11. eris abscondita. *Jer.* IV, 14. quo usque perma-,,  
 nebit intra te quælibet cogitatio (hoc tamen exemplum,,  
 minus apte hoc retulit Kimchius, cum si ad מהשבות,,  
 cogitationes nomen generis fœminini referatur, ratione,,  
 generis cum nomine egregie congruat verbum חֲלִין),,,  
*Ezech.* XXII, 4. tu civitas pervenisti ad annos tuos. 15,,  
*Sam.* XV, 9. omnem vero rem contentilem atque,,  
 vilem devoverunt. *Jes.* IIX, 22. tenebræ propulsæ vel,,  
 potius in tenebras dispulsi. *Jer.* IV, 30. tu urbs vastata.,,  
*Ez.* XLVII, 5. consideas silens, in ebr. Masc. adhibitum,,  
 de fœmin. בַּת כְּשָׁרִים *Habac.* II, 19. Væ dicenti lapidi si-,,  
 lenti, evigila. 1. *Reg.* XXII, 36. & clamor transiit. Hæc,,  
 omnia & his similia quæ in Scriptura S. inveniuntur,,  
 ubi masculinum genus adhibitum est de nomine gene-,,  
 ris fœminini vel genus fœmininum de nomine masculi-,,  
 ni generis uti 2. *Sam.* XIII, 38. & expetiit David. *Ecc[lesiast]*,,  
*VIII*, 27. dicit congregatix. *Ecc[lesiast] VIII*, 11. quia nullum,,

G 3

decre<sup>s</sup>

„decretum efficitur *Eccles.* X, 15. labor stultorum quemlibet eorum defatigat. *Ezech.* XII, 5. illud quod elocutus sum verbum fiet neque amplius protrahetur: Hæc loca inquam non ita sunt consideranda, ac si generis masculini vox construeretur cum adjectivo vel verbo fœminino, & vice versa, sed in his omnibus aliquod nomen subintelligendum est, quod genus discrepans verbi vel adjectivi respicit. Scriptura enim nititur lectore intelligente, dum ista res vel nomen quod respicit verbum vel adjectivum commemoratum jamjam est in contextu, aut commode potest intelligi, uti factum est in l. *Exod.* XXXIV, 25. ne jugules cum fermentato sanguinem sacrificii mei, h. e. ne mactes sacrificium meum, neque conspergas sangvine ejus fermentatum. Eligit autem Scriptura hunc ellipticum modum loquendi, quoniam hic mos obtinet in innumeris Scripturæ locis. Quibus observatis periculum facit in exemplis quibusdam quæ anomaliam syntacticam habero videntur explicandis & conciliandis. Sic v. g. in loco 2. *Sam.* XIII, 38. ad וְהִכְלָל supplendum asserit נַפְשׁוֹת ita tamen ut posteriori explicatione assumpta כָּלֵה transitive reddatur h. m. & uxor ejus ursit impulit eum. In loco *Eccl.* X, 15. subintelligendum esse censet vocem generis muliebris יְגֻעָה quæ deinceps cohæret cum תִּגְעַנְוּ. Ad loc. i. *Sam.* XXV, 27. observat genus masc. verbi הַבִּיא obtulit, respicere aliquem ex pueris qui munus regi obtulissent, feminæ vero præcipue mentionem fieri, quia persona principalis fuisset, quæ dona per puerum offerri curasset. In exemplo *Deut.* XXII, v. 23. subinteligit רְבָר negotium causa. *Cobel.* VII, 27. ad קְהִלָּת supplet

plet substantivum חכמתה sapientiam, quæ collecta quatenus erat & se repererat in mentem Salomonis, vel juxta etiundem subintelligi potest vocabulum נפש ejusdem cum קהלה generis. Porro 2. Sam. XIX, 27. ad femin. suffixum עלייה quod respondet praecedenti voci חמור obseruat quod חמור sit nomen utrumque sexum denotans, suffixum vero fœmininum adhibitum esse quoniam subintelligeretur אthon asina, quod alias usurparetur. In recensione a nobis allata oblitus erat exempli cujusdam, Exod. XXII, 26. occurrentis, ubi וְשִׁלְמָה vestis nominis generis fœmin. respondet suffixum mascul. in verbo השיבנו cuius constructionis conciliationem hanc suppeditat, ut, cum atque בַגֶּר unum idemque denotet, suffixum Masc. respiciat, cum quo ratione generis congruat. Ad Exod. XIII, 6. ubi praecedenti voci צַעַקָת nomini oppido generis fœmin. respondet suffixum Masc. in כְמֹוֹר observat vocem קֹל cum צַעַקָת unam eandemque significationem habere, atque adeo suffixum Masc. ad קֹל subintellectum trahendum esse. Vid. Buxtorf. in Thesaur. Gramm. l. II. c. VIII. p. m. 415. eadem observantem. Ex his itaque adparet saepius in discordia generis verbi vel adjectivi cum nomine vel ad sensum attendi, vel ad nomen aliud commode ex textu subintelligendum. Huic conciliationis viæ si insistere atque דבר ante גְבֻהָה in nostro loco supplere volumus, verbum ישׁחֵן cum illo optimecongruet. Hæc tamen conciliandi ratio si displiceat aliam inire possumus viam ex idiosynclasi lingvæ Ebrææ per multa exempla corroborato, derivandam. Evenire quandoque solet, ut cum duo Substantiva diversi inter se generis conjungantur, verbum

bum respondeat posteriori, cum debebat priori, qua ratione וְשָׁחַד quod ordinarie cum propiori גַּבְהָהָה qua genus cohæreret, cum posteriori אֲרֵם qua Igenuus conveniet. Atque quo minus hanc loquendi rationem prorsus rejiciendam esse credas, frequentia exemplorum ad eundem modum constructorum efficit. *vid. preter B.* Glassium *in Philol. S. l. III. Tr. III. Can. LIV. Interpret.* §. 82. Add. *Jes. XVI*, 10. in quo loco Aben-Estra ad verba וְנִאָסֶף גַּיל מִתְּהָם אֶל אַחֲרֵיכֶם וְנִאָסֶף שְׁמֹחָרֶת „auferetur gaudium ab illis ad alios, τὸν κακόν τοῦ juxta hunc „canonem construens cum גַּיל remotiori licet substantivo, it. *Gen. XXXV*, 5.

*Ez. III, 16.*

וּבְנוֹת צִיּוֹן — הַעֲכָנָה בְּרֶגְלִיהַם incedunt compedibus ornatae pedes suos. Vates divinus reprehendens fastum intolerabilem sexus sequioris inter Israelitas, quo ad iram atque vindictam DEUM provocabat, vestitumque ejus atque gestus copiose describens, eo usque impudentiae istum processisse indicat, ut vultu suo aliisque signis quid pectore clausum haberet, haud obscure proderet. Commemorando autem ornamenta variij generis, quibus se ornare, vel potius onerare solebat, mentionem facit עֲכָסִים ornatus cujusdam muliebris, qui in pedibus conspiciebatur, licet qualis fuerit accurate vix definire queamus. Kimchi atque Aben-Estra putant ornatum fuisse qui sonum ediderit inter ambulandum, Buxtorfius quoque in Lexico Bibl. e Talmudicorum scriptis ejus conditionem eruere conatur, qui conferri potest in voce עֲכָס. Verum nos nolumus de rebus incertis atque dubiis conjecturas hic augere, easque pro veris venditare

ditare, sufficiat nobis si sciamus, atque etiam quodammodo ex textu colligamus, fuisse genus quoddam ornamenti, a sexu muliebri in cruribus ornandis adhibiti. Interea non possumus non h. l. observare esse quosdam qui hæc omnia metaphorice intelligenda esse afferant de viris nimirum effœminatis prorsus moribus animoque delicatori atque molli, huicque suæ sententiæ favere dicant suffixum masc. in quo nobis haud obscure subiectum masc. in mentem revocaretur, uti Forerius cum aliis facit. Sed non opus est ut omnia figurate intelligamus, cum Propheta cuiusvis ætatis atque sexus mores designaturus perditissimos tandem ad fœmineos accedat. Atque ex eo quod Forerius afferit fœmininum genus adhiberi de maribus ad effœminatos mores eorum indicando, nos quoque concludimus masculinum adhiberi ad magnitudinem & vehementiam rei cujusdam insinuandam. Neque enim Scriptura S. ab hoc loquendi generre abhorret, ut quando rem aut personam debilem atque infirmam nobis vult ob oculos ponere genus adhibeat fœmininum, contra vero si magnitudinem præstantiamque rei cujusdam perspectam nobis dare cogitat, genus adhibeat masculinum, uti notissimum exemplum in libro *Rutb. I, 8 9. 10.* occurrens, evincit: ubi de nuribus Noomi adhibetur suffixum generis masc. ut indicitur magnitudo earum animi, qua vix ulli virorum cederent. *vid. Interpr. §. 5. 11.* Nescio an non aliquid lucis loco huic affundere queat *Ez. XXII, 17.* ubi Deus minatur Schebnæ præfecto domus regiæ, se eum de gradu dejecturum, exilioque gravissimo affecturum, quæ cum vellet describere, dicit: *הנה יי מטלטלה גבר*

H

ecce

ecce Jehovah expellet te expulsione viri, i. e. gravissimo exilio te afficiet. Magnitudinem pœnæ h. l. indicari Kimchii aliorumque interpretum est sententia, qui ut fidem faciat dictis, explicationem afferat Talmudistarum, qui hæc annotarunt : **רְגָבָרָא קַשְׁתַּחֲתָה** : **לְפִי שְׁהַאֲשֹׁׂדֵת הַמֵּצָא יְוָתֵר מְרֻחְמִים לְחַוְלָשָׁתָה :** „h. e. exilium viri longe gravius est exilio fœminæ, quia „hæc majorem commiserationem experitur propter imbecillitatem suam. Eodem modo explicat רַקְם observante filio Davide : **כָּאַלּוּ אָמַר :** **לְנַקְבָּרָה :** טلطול גרוֹל וכבָר וְהִיא טְלְטָלָה נוֹסֶת אֵינָה לְנַקְבָּרָה : „h. e. Vox est denominans vocis atque idem „est ac si dixisset, exilium magnum atque grave, **ה** „vero in **טְלְטָלָה** appositum non est nota generis *fæminini*. In quo tamen fallitur quod **ה** non notam generis fœmin. esse vult, licet hac explicatione assumta, statutum absolutum pro constructo positum esse statuendum sit. Alii tamen uti idem R. D. Kimchi & Aben-Esra satius esse ducunt efferre vocem **גָּבָר** virum **בְּלִשׁוֹן קְרִיאָה** in Vocativo, h. m. te ò vir qui te extulisti Deumque despiciatui habuisti, te inquam Deus procul in exilium pellet. **Quicquid** vero de hoc exemplo sit, alioquin in Scriptura S. non est infrequens, ejusmodi usus generis masc. uti & in aliis linguis: quod si nostro loco accommodetur, facile est intellectu, quare de puellis Judæorum genus adhibetur mascul. ut nimirum summam eorum proterviam atque lasciviam omnibus palam faceret Propheta. **vid.** Buxtorf. in *Tbel. Gram. L. II. c. VIII.* eodem modo h. exempl. explicantem. Stultitiam pariter atque proterviam ingentem harum feminarum de-

pin-

pingit Kimchi in Lexic. ad vocem טפַף ubi ad verba in commate hoc existentia הלונ וטפַף hæc commentatur: כלומר שתוו הולכות ברכיות ובשיקוּם מסקירות ומרקוזת בחזפה כמו הקטנים שאין להם בשת ורעת يولכו בספק וברקען בפני הכל ולא h. e. his verbis indicare vult Propheta, eas in,, viis atque plateis incedere complodentes manus suas,, atque saltantes impudentissimo modo ad instar parvulo ,, rum, qui neque intelligunt quid agunt, neque ob id pu,, dore afficiuntur, qui incedunt complodendo manus su-,, as atque saltando omnibus inspectantibus, neque eos,, pudet harum ineptiarum.

Ez. V. 14.

וירד הרה והמנח ושלו ברה & descendet isthue decus ejus f. multitudo ejus atque turba ejus, & exultans in ea. Suffixum fœmininum ה non habet nomen substantivum fœmin. quod præcedat, atque respi- ciat, nam ad עם quod v. 13. legitur, si suffixum trahere vis uti omnino trahendum est, suffixum in genere virili per הרדו & sic in reliquis efferendum fuisse. Sæpe au- tem evenire solet in discordia hujusmodi, ut ad aliud sub- stantivum commodum ejusdem cum suffixo vel adjecti- vo generis attendatur, quod si & hoc loco faciamus, at- que quod idem est ac עם כנשת subintelligamus, suffixo fœmin. sua constabit integritas. Alii tamen uti Kimchi eandem animadvertentes discrepantiam generis in pro- nomine relativo, ad ארץ trahunt, quod in his verbis fa- cit Kimchi: פירוש חורה ארץ ישראל או הכנוי כנגר ירושלים אמר שירדו לשאול אנשי הכהן יהמן העם עוד כפל העניין במלואה השוננות / ושלו בה מי שהיה שלו:

H 2

הרר in Explicatio suffix in עלן ושם בעיר מרוב התובה:  
 „ita instituenda est, ut terra Israelis subintelligatur, nisi  
 „malis suffixum trahere ad Ierusalem: dicit autem his  
 „verbis, quod in infernum descensuri sint viri honorati  
 „atque reliqua turba populi, de eadem vero re diversas  
 „adhibet phrases per epexegesin Sic suffixum in ועלן בה ita  
 „intelligendum est, ille qui laetus atque exultans erat in  
 „urbe ob nimiam felicitatem &c. Raschius pariter sup-  
 plet Jerusalem. Quando autem Jonathan in Targum  
 suffixum singul. fœmin. in plurale mascul. mutavit, fa-  
 ctum est illud propter nomen collectivum עם ad quod  
 dubio procul respexit.

Ez. V, 24.

וחשש stipulam vero flamma consumet.  
 Synchysin sive methathesin subjecti & prædicati in his ver-  
 bis esse quilibet facile videt, quod propterea Kimchii ma-  
 gis quam meis verbis indicare volo, ita vero is scribit:  
 מנהג הלשון להקרים הפועל לפועל אבל כשהדבר  
 מבואר שאין לטעה בו יקרוימו הפועל לפועל כמו  
 זה כי ירווע כי האש אוכלה הקש ולא הקש אוכל  
 : in more lingvæ sacræ possum est præponere  
 „subjectum agens effectui, quando vero res ma-  
 „nifesta est, ut non facile in ea errari possit, hunc mo-  
 „rem invertunt, & effectum præponunt subjecto agenti,  
 „uti h. l. factum est: notum enim est quod ignis con-  
 „sumat stipulam, minime vero stipula ignem. Hæc  
 verba itaque si secundum naturalem constructionis or-  
 dinem ordinare volumus ita collocanda erunt :  
 ולהבה : ירפה חSSH & flamma consumet stipulam, in qua con-  
 structione apparet verbum plane aliis generis esse ac no-  
 men

לְהַבֵּה : discordia vero generis statim sublata erit, dummodo לשון generis communis ex antecedente membro repeatius, id quod Kimchius quoque facit ad *h. l.* Aben-Esra tamen h. verborum positum retinet, ac לשון ex antecedentibus non repetendum vult, sed aliam conciliationis viam ingreditur, quam ejus verba seqq. nobis detegent: וְחִסְרָה אֶת חֲכַת עַם לְהַבֵּה כְּמוֹ כִּי שְׁשָׁת יָמִים וְחִנְמָצָא בֵּית יְהוָה כִּי יַרְפָּה שֶׁב אֶל חַשְׁשׁ הַוָּא פּוּעַל וְעוֹמֵד: *h. c.* deficit in *h. constructione* vocula בְּ cum,, לשון conjungenda, uti *Exod. XXII, 12.* sex dies, i. e., in sex diebus, 2. *Reg. XII, 11.* omne quod deprehende,, debatur (in domo Jehovæ: verbum יַרְפָּה respicit ita,, que vocem שְׁשָׁת, ita tamen ut tanquam verbum intran-, sitivum consideretur. Secundum quam explicationem sensus verborum esset, & stipula per flammarum ignis consumetur. Quæcunque vero placeat explicatio, quævis apta erit ad tollendam soloecismi suspicionem: licet prior præferenda videatur, quia juxta eandem Propheta in semel inchoata synchysi perstabit.

*Ez. VI, 4.*

וַיְנַعַּז אֶתְמֹת הַסְּפִירָה: & commoti sunt postes liminum. Nemo non videt, verbum hoc nostrum, quod cum אֶתְמֹת nomine generis foemin. constructum est, eidem quoque in foeminino per תְּנוּנָה ordinarie respondere debuisse. Verum supra jam vidimus exempla occurrere fere multa, in quibus duobus inter se conjunctis substantivis verbum ratione vel generis vel numeri respondet posteriori, cum debebat priori, quorsum si & nostrum referas exemplum, verbo cum סְפִירָה posteriori licet substantivo ratione generis conveniente, nil erit quod in ejus constructione

desideres. Aliam explicationem suppeditat Kimchi in Commentario ad h. l. qui præter alia hæc habet : **וַיֹּשֶׁת אָמֹרְתִּי כְּמוֹ אֲמָתָה אֲרָבֵי כָּלֹמֶר הַסְּפִים נָעָז**: Sunt quidam interpres qui significatum vocis h. l. derivant ex illo quo significat cubitum, uti *Exod. XXXVII, 25.* sumitur, longitudo ejus sit unius cubiti, secundum quam explicationem in textu nostro dicitur, quod limina e loco suo commota fuerint duo aut tria cubita prout fuerunt. Quos si sequamur et cum seq. voce סִפְים non coniungeretur in statu constructo, atque hac ratione וַיַּכְנָעַז cum טַבְים optime qua genus & numerum dividerebit. Nihil etiam obstat, quo minus **אָמָות** per postes h. l. explices, licet non construatur cum sed tantum restringat commotionem liminum factam h. m. & commota sunt limina quoad postes: quæ loquendi ratio obtinet in hebræa lingua, ut illud nude efferatur, quod latini per quoad quatenus, Græci & Arabes per accusativum reddunt, uti *Jes. I, 30.* coll. Kimchio in b. l. *Jer. XLI, 5.* add. *Interpr. §. 180.*

*Ez. VII, 1. 2.*

**יְעַן כִּי יִעַצְךְ אֶרְםָעַל אַפְרִיאַז**  
Genus fœm. quod de eodem subjecto v. 2. Propheta usurparat, mutat v. 5. in masc. eodem manente subjecto. Cujus permutationis rationem nobis suppeditat vox **אֶרְםָעַל** quæ pro diversitate vocis subintelligendæ utrumque genus secum potest ferre. Genus itaque muliebre v. 2. adhibitum respiciet vocem **כְּנַסְתָּה עֲדָת** vel etiam nomen generis communis, sensu hoc emergente: **וְעֲדָת אֶרְםָעַל** exercitus vel coetus Syrorum conjunxit se

se cum exercitu Pekachi, regis Israelis, nec enim desunt loca, in quibus ארם vel יִשְׂרָאֵל in genere fœmin. occurunt observante Kimchio in h. l. וַיֹּאמֶר נָחָת לְשׁוֹן נְקֻבָּה in h. e. usurpat genus fœm. quod respicit exer-,,, citum, aut עֲרָת cœtum, uti dicitur in fœm. & fuit Syrus,, & fuit Israel. Huic consonat quod in Michlol. scribit fol. 4. Col. 1. 1. 19. 99. וּבְעַנְיוֹן כְּנֶסֶת יִשְׂרָאֵל יְדִבֶּר. לשׂוֹן זָכָר כְּנֶגֶר הָעָם וּלְשׂוֹן נְקֻבָּה כְּנֶגֶר כְּנֶסֶת וּהַכָּל in ejusmodi locis ubi de יִשְׂרָאֵל adhibet ge-,,, nus virile hoc respicit עַם populum, ejusdem generis,, quando vero usurpat genus muliebre respicit ipsum,, & quoad sensum unum idemque est.,, Genus vero masculinum adhibitum וְגַם referri potest ad sub-intellectum nomen vel מלך regem Syriæ qui princeps omnium consiliorum belli hujus solus nominatur , copiis ejus non exclusis, uti וְגַם אֲפִרְיוֹן positum est pro de hujusmodi locutionibus hebrææ gentis Doctores hanc regulam habent: וְקַצְרַת הַכְּתוּב דְּבָרָיו וּסְמָךְ וּלְפָנֵי scriptura elliptice loqui solet, innititur vero lectori commodam vocem subintelligenti.

## Ej. VI, 7.

הַנָּה נָגַע זֶה עַל שְׁפָתִיךְ ecce attingit hic carbo labia tua. Quæ præcesserat vox רְצַפָּה ad quam pronomen referendum est, requirebat, ut pronomen idem cum ipsa tanquam nomine generis fœmin. genus exprimeret זה quod cum non factum sit ad sensum magis five vocem aliam commode subintelligendam quam formam externam Prophetam attendisse credibile fit, vid. Glass. in Philel. S. h. III. Tr. III. Can. ss. Et Interpr. §. 83. IV. it.

it. §. 5. II. quo canone hic quoque in subsidium vocato, omnis difficultas corruet. Propheta enim ostensurus, qua ratione Deus trinunus animum suum perterfactum erexerit, seque ab omni impuritate mundaverit, id omne carbonis vi tributum vult, quem angelus ad se advolans labiis suis applicuerit. Ad vehementiam vero caloris carboni huic adjuncti indicandam usus videtur genere masc. quod saepe adhibetur in hebraea aliisque linguis, si præstantiam vel magnitudinem rei cuiusdam proponere cogitant. R. S. b. Melech. in Michl. Iohphi aliam ingreditur viam, atque h. l. aliquid subintelligendum esse credit, vocem nimirum שָׁאַלְהָןִי quæ cum communis sit generis, masc. prorsus non respuat, quod innuit his verbis: בְּלֹשׁוֹן זֶכְרָלְכֵי טַעַם זֶה עַל „אֲשֶׁר“ occurrere solet שָׁאַלְהָןִי in genere masc. & propterea „mascul. זֶה“ respicit שָׁאַלְהָןִי subintelligendum: cum quo consentit Aben Esra in h. l. scribens: טַעַם זֶה אֲשֶׁר שִׁמְצָא בְּלֹשׁוֹן זֶכְרָלְכֵי h. e. quoad sensum הַזֶּה cohæret „cum שָׁאַלְהָןִי quod in genere masc. invenitur. Quamcumque vero conciliationis viam h. l. ineas perinde erit, dum in utraque explicatione Scripturæ sua constat integratas, utraque etiam non ineptum parit sensum.

## Ex. XII, 8.

וְהַזֶּה מִתּוֹת כְּנַפְיוֹן & erit expansæ alæ ejus ad V. Primum conspecta hac constructione qua verbum cuim nomine genere & numero discrepat, in eam quis induci posset sententiam ac si regula illa Ebræorum qua noinen plurale verbo singulari respondens distributive reddendum est, huic anamoliæ medelam afferre posset, modo non nova oriretur difficultas ratione generis pro היהת רְהֹה positi

positi. Grotius in h. l. it. Glassius מִתְוָה pro nomine accipiunt, redduntque verba hæc: & erit expansio alarum ejus; discrepantiæ generis minime rationem habentes. Sed facilem conciliandi viam circa h. l. ingrediemur, si ordinem constructionis per figuram quam synchysin vocant immutatum statuamus, cui si naturalem surrogemus voices ita ordinandæ erunt: **רַחֲבָה אֶרְצָר** מִתְוָה כְּנֵפִיו עַמְנוֹאֵל & erit vel constabit plenitudo latitudinis terræ tuæ ò Immanuel! ex alis ejus super istam diffusis sive expansis, vel ad sensum paulo proprius: & erit tota terra longe lateque repleta alis, i. e. copiis ejus, sc. regis Assyriæ, quæ instar volucrum alatarum se expansuræ sint super istam. Hæc locutio videtur illustrari posse ex illa, quam *Ez. VI, 3.* legimus, **מֶלֶא כָּל הָאָרֶץ כְּבָרוֹ** plenitudo totius terræ est ex gloria ejus, sive id quo tota terra repletur, est gloria ejus. Cumque verba copiam vel inopia in significantia modo cum modo sine præpositione construantur, ea h. l. omissa est, quam tamen commodioris explicationis causa possumus subintelligere. Ceteroquin Propheta continuando metaphoram a flaviis & rivis terram inundantibus petitam, haud parum elegantiæ suo sermoni addit: jam vero aliam figuratam dictionem orditur a volucribus desumptam, quæ alis suis pullos obtegunt, ut non conspiciantur, quæ ad copias hostium facile potest transferri metaphora, qua innuitur multitudinem hostium tantam futuram, ut totam terram obiecturi sint atque præter istos nil quidquam aliud in ista conspiciendum sit. **Conf. Glaff. Pbil. S. I. V.**  
**Tr. I. C. XI, p. m. 1783.**

וְאֶפְלָה מִנְדָּת Primo intuitu videri poterat hæc structura  
 vocum locis istis annumeranda esse, in quibus substanti-  
 vum cum adjectivo vel verbo genere discrepar. Verum  
 si intimius inspiciamus hanc constructionem, non cohæ-  
 rent duæ hæc votes inter se, ut reddas & caligo propul-  
 sa: sed potius præpositio אל ante vocem אֶפְלָה collocan-  
 da est h. m. & quilibet eorum hominum qui verbum  
 Dei spernunt peragrabit terram &c. atque in tenebras  
 dispelletur, h. e. in infelicissimum statum dejicietur.  
 Eandem constructionem quæ anomalica videri poterat,  
 observavit R. S. b. Meteob in Michl. Jopbi ad b. l. ita scribens:  
 בא לנכבה בלשון זכר תלא שיזוז לשון זה כופל  
 על זה אלא יש בו הרבה נסתר כופל ופירוטו א-  
 ת אֶפְלָה occurrit h. l. de nomine generis fœmin.  
 „verbum in masc. quæ non ita consideranda sunt, ac si  
 „vox una alteram respiceret, atque cum ea cohæreret,  
 „sed aliquid subintelligendum est, quod vocem אֶפְלָה  
 „regit, & ita explicari debent: in caliginem dissipabitur.

מִן הַעֲבוֹדָה קְשָׁה אֲשֶׁר עָבֵד בָּךְ Discrepantia quæ h.  
 l. est, ratione generis intercedit inter verbum & sub-  
 stantivum præcedens, העובודה, quod requirebat ut verbum  
 in genere quoque cum ipso conveniret. In ejusmodi  
 autem constructionibus juxta Canonem usitatum Ebræ-  
 orum commodum quoddam substantivum ejusdem cum  
 verbo generis subintelligi debet, quod h. l. erit vel  
 etiam עַכְק negotium, qua ratione quoque Kimchius re-  
 rum Grammaticarum alioquin solertissimus observator ad  
 discordiam generis h. l. tollendam procedit in seqq. verbis:

אף על פי שמלת העברות לשון נקבה אמר עבד לשון זכר רוצה לומר על עניין עבודה וכן יעשה **עבודה** *Quamvis vox sit ge-, neris fœmin. nihil omnis tamen adhibet verbum masc., gen. quod respicit עניין negotium servitutis, & sic, deprehendimus quoque masc. cum fœm. conjunctum, Exod. XXXI, 15. & in aliis locis. In qua solutione o-, mnino h. l. acquiescere possumus.*

*Ez. XIV, n.*

**תחריט רמת** Verbum masc. quod h. l. jungitur nomini fœmin. haud obscure nos ad aliud nomen sub-intelligendum ducit, cum omnino verbum cum nomine qua genus & numerum debeat convenire. Quare ut in conciliatione hujus anomalicæ constructionis rite procedamus, nomen aliud ejusdem cum verbo generis vel subintelligendum vel ad sensum attendendum est. Quod posterius fiet, si dicamus **רמה** esse vocabulum vermium utrumque sexum denotans & masc. & fœmin. eaque de causa ipsi verbum modo in masc. modo fœm. genere jungi. In quam sententiam pariter propendet Kimchi ad *ה. ל.* scribens : **רמת** שהוא לשון זכר וاعפ' : שרתת והtolעה לשון נקבה לפי שרתת והtolעה הוא זכר כלל על רבים טן התולעת וכשידבר דרך כלל ידבר פעמים לשון זכר פעמים לשון נקבה כמו ומכביר tolעה לשון זכר ורמת תכסה עליהם לשון נקבה וכן ותהי הכנסת והעללה הצפרדעת : Dicitur h. l. substernetur vermis verbo in gene-, re masc. adhibito, quamvis רמת atque sint gene-, ris fœmin. factum vero hoc est ideo quoniam atque, רמת tollea sunt nominal collectiva magnam partem vermium sub se comprehendentia, quando vero ea in significatio-,

„ne collectiva adhibet, usurpare solet interdum ea in genere masc. interdum in genere fœmin. uti h. ipso commate factum est, & obtegent te vermes in genere masc. „Job. XXI, 26. vero in genere fœminino, & sic adhibetur fœmin. de aliis substantivis hujus generis, v. g. Exod. XII, „. & fuit pediculus. L. c. v. 2. & ascendit rana. Aben-Esra h. l. sicco pede quidem non præteriit, verum non tam accurate uti Kimchius eundem explicavit, ad verbum enim רצע h. saltem addit: וְבָא עַיִלְךָ לְשׁוֹן זָכָר כטו וּנְלָקֵח מַהֲסֶךָ קָלָלה וְהִיא דָּרָךְ צָחוֹת וּכְכָרֶת רַמָּה Occurrit h. l. בְּלִשׁוֹן-קָרְדָּר וּכְנַמְכָסִיךְ וְהַוָּא פּוּעָל: „eodem modo ac si generis foret masc. uti Jer. XXIX, 22. „de nomine fœmin. adhibetur verbum masc. & hæc construendi ratio eleganter ita posita est, quæ pariter obtinet in lingua Arabica, & sic sequitur statim h. l. mascul. „מַצָּע cum הַוְלוּתָה conjunctum, quod posterius itidem „est verbum. Hæc explicatio si displiceat, licet in re ipsa fundata sit, potes vocem conjugatam supplere more in S. literis non inusitato, h. m. מַצָּע יָצַע וְצֹוָע infra te repositum erit stratum ex vermibus constans, qua ratione verbum יָצַע cum nomine מַצָּע stratum ejusdem generis optime conveniet. Hujus generis exempla plura dabit Glassius in Philol. S. I. IV. Tr. II. Obs. V. de ellipsi vocis ex voce conjugata eruendæ.

## Eſ. XIV, II.

וּמְכָסִיךְ הַוְלוּתָה. In hac connexione vocum brevioribus nobis esse licebit, cum quæ ad antecedentem vocem dicta sunt, facile huc trahi possint. Eadem enim est ratio vocis הַוְלוּתָה ac רַמָּה cum pariter utrumque sub se comprehendat genus masc. atque fœm. & propterea fieri soleat ut sæpius non ad externam formam vocis רַמָּה

תְּחִילָה vel רְצֹנָה sed ad sensum ejus quo genus masculinum non excludit, respiciatur. Occurrit tamen hæc vox constructa cum verbo fœmin. generis, v. g. *Ez. XLI, 14. Deut. XXIX, 39.* in quibus quidem exemplis forma in ה adhibita est. Ex quo colligere licet nomen hoc generis communis esse, si non quoad terminationem, tamen quoad sensum. In modo allato exemplo יְצַע aliam suppeditavimus conciliandi rationem, quam quo minus hic quoque loci sequamur nihil impedit: dummodo vocem מִכְסִיךְ consideremus non ut participium plur. numeri, sed ut nomen plur. num. ex singulari מִכְסֵה tegumentum, quod *Jes. XXIII, 18.* occurrit, desumptum, atque simul verbum substantivum היה suppleamus, quod apud Ebræos frequentissime abest. Sensus horum proinde verborum hic erit: וּמִכְסִיךְ יְהוָה חֻלָּה & tegumenta tua erunt vermis, vocabulo vermis collective accepto pro multitudine vermium.

*Ez. XIII, 20.*

וְגַם וּמְלָאוּ בְּתִיהם — וְגַם & implebuntur habitationes eorum וְעַנְהָ אֵים בְּאַלְמָנוֹתָיו. v. 23. & clamabit ulularum quælibet in palatiis ejus, vel luxta Aben-Efram, aliasque in solitudinibus ejus. Hic suffixum masc. generis cum singul. tum plural. numeri adhibetur de præcedente בְּבֵל cui v. 19 20. verba in genere fœmin. juncta sunt. Sed hæc discrepantia generis non impediet, quo minus ad omnia referamus, ita tamen ut in genere masc. subintelligatur v. g. עַם populus Babelis, quod cum sit generis masc. atque nomen collectivum, & suffixum singulare in בְּתִיהם & plural. in אלְמָנוֹתָיו excusari poterit. In v. 23. statim subsequitur genus fœmin. עֲתָה propinquum est tempus cius ut adveniat, it. וַיְמִיחַ רְצֹנָה quam

בְּכָל יְמֵשָׁכֶךָ & dies eius non protrahentur, in quo ad tantum nomen generis fœmin. respectum fuit. In hac discordia generis de eodem subjecto occurrente, licet nil annotarint Doctores Judaici, ex iis tamen quæ infra ad Moab diverso modo constructum dicentur, & Rabbinorum explicatione confirmabuntur, facile judicium de h. l. ferre licebit.

*Ej. XIV, 31.*

כָּלֹת פְּלִשְׁתָּה נַמּוֹג Si antecedentia verba in genere fœm. usurpata consideramus, hoc nostrum videbatur eodem genere efferendum, præfertim cum additum sit פְּלִשְׁתָּה nomini qua terminationem generis fœmin. uti v. 20. dicebatur: אל תִּשְׁמַחְיו פְּלִשְׁתָּה ne læteris o Philistæa. Verum nos circa nostram locutionem defendendam, observamus, uti supra exempla adfuerunt, v. g. C. IX, 8. וַיַּדְעֻוּ הַעֲם כָּל ubi in una propositione de eodem subjecto mutatio numeri locum habuit: ita & h. l. discri-  
pantiam generis occurrere eodem manente subjecto, in quo partim ad ejus terminationem, partim ad sensum attendere debemus. Masculinum enim quod deprehendimus h. l. procul dubio ad sensum respicit vocis פְּלִשְׁתָּה in qua עַם quod generis est masc. non incommode subintelligemus, cum verbum diffluere præ mœrore atque anxietate animi optime in incolas Philistææ quadret. Suffixum vero fœmin. in כָּל optime respondet objecto suo quod tum propter terminationem tum quia est nomen regionis, generis fœm. est. Atque h. m. ex Judaicis interpretibus explicat Kimchius in *Commentar. ad h. l.* וַיֹּאמֶר נַמּוֹג לְשׁוֹן זָכָר יֹאמֶר חִילוֹלִי זָעָפוֹ לְשׁוֹן נַקְבָּה לְשׁוֹן זָפָר הַוְּנָה כְּנֶגֶר הַעַד וְלְשׁוֹן נַקְבָּה dicitur in genere masc. & modo an-

te:

tecelerat fœmin. in **הוֹלֵלִי** זעקי genus masc. vero, attendit ad nomen ejusdem secum generis עט fœmin., autem עדרה cœtum. Atque hujus generis plura occurserunt exempla v. g. *Ez. XVII*, 1. dicitur: **רַמְשָׁק מֹסֶר** & זהיתה לטפלת statim fœmin, seqvitur de eodem subjecto & erit in ruinam: quod conciliabitur si prius dicas intelligendum esse de עט populo continentे pro contento posito, & posterius de רַמְשָׁק nomine urbis atque adeo generis fœminin. vel potius עיר subintelligendum erit, quod cum sit generis communis in priori membro masculine in posteriori fœmin. usurpatum est. Sic eodem Capite v. 10. dicitur **הַטְעִי** — תזרענו plantasti & conservasti &c. & antea v. 9. **וַיְהִי** & היה videtur unum subjectum esse & hæc locutio excusabitur per genus commune vocis **מִצְרִים** עיר in genere fœmin. usurpatur, sed v. 15. in masc. אשר יעשה quod faciat l. c. v. 18. **וַיְהִי** ערים מדברות urbes loquentur, it. v. 24. **וַיְהִי** וישראל שלשיה erit Israel tertia, it. *Ez. XXI*, 2. חזה קשה מגן רוי *ibid.* v. 10. סדרתני ובן גרכי δ tritura mea & fili areae, mox dicitur צר שדך לך لكم Tyrus devastanda est in genere masc. v. 2. dicitur מלואר impleverunt te in genere fœmin. v. 3. bis fœmininum occurrit, *ibid.* v. 13. dicitur אַרְמָנוּ הַיּוֹרֵת masc. & fœm. adhibetur de eadem Tyro. *Jes. XXVII*, 7. Israel & Jacob fit mentio v. 6. genere masc. adhibitorum, sed v. 8. bis fœmin. adhibetur manente utrinque eodem subjecto **בְּשַׁלְחָה** dum dimittis eam, **וְתִרְבְּנָה** litigabis cum ea, it. v. 10. *ibid.* legimus **כִּזְבָּרְכָּה** urbs munita solitaria erit, mox sequitur *Jer.* XLII, 8.

**XLIX**, 15. legimus. שׁׂׂרְדָׂ מֹאָב וְעַרְיָה devastabitur Moab & urbes ejus. Hujusmodi locutiones probe observandæ sunt propter lectiones Keri dictas Ketibh in textu extans mendi cujusdam accusantes. Sic v. g. **Jer. XIII**, 20. legitur in textu שׁׂׂרְדָׂ עַנִּיכֶם וְרַאֵי attolle tu F. oculos vestros & vide, hic Keri legendum esse monet attollite atque videte, ut convenienter verba cum suffixo masc. plural. numeri in עַנִּיכֶם. Verum hic nosse debemus Prophetas aliosque sacros scriptores solere genus masc. & fœmin. in una eademque propositione de eodem subjecto adhibere promiscue, ita tamen ut verbum nonnunquam conveniat cum subjecto, suffixum vero illud idem respiciat quidem, sed quoniam in genere masc. adhibetur ad sensum attendatur. Factum hoc est in **Jer. c.** cuius subjectum erit מלך una cum de quo utroque in v. 18. dictum erat, ubi שׁׂׂרְדָׂ reginam, עַנִּיכֶם vero regem atque ejus conjugem respiciet, nisi malis subjectum constituere יהוֹדָה cuius v. 19. mentio facta est in genere fœmin. cum quo שׁׂׂרְדָׂ atque v. 20. convenient, עַנִּיכֶם vero ad sensum attendet populi scilicet nominis propter vim collectivam pluralis, cum in priori כְּנֶסֶת subintelligatur: hoc vero copiosius deducere non est b. l. vid. R. D. Kimchi in h. l.

Ez. XV, 3.

על גָּגוֹרִיָּה וּבְרַחֲבוֹתָיו כָּלְדָּי יְהוּדָה super tectis suis atque plateis suis complexus ejus ejulabit. Subjectum planctus hujus est Moab v. 1. & 2. expressum: cui verbum modo in singulari modo in pluri numero junctum erat ut supra c. 1. vidimus. Hoc loco construitur quoque cum genere fœmin. cum antea ipsi masc.

masc. additum esset, & hoc ipso commate idem masc.  
repetitur. Hæc vero discrepantia generis nobis in me-  
moriā revocat aliud quoddam nomen commode sub-  
intelligendum, cum quo genere verbum vel suffixum  
conveniat: vix autem commodius subintelligetur, quam  
**ערת** vel **כנסת** in reliquis vero ubi genus masculinum  
obtinet ad **מוֹאָב** vel **עַמּ** respicitur. Plura exem-  
pla afferre nolumus, cum in præcedente jam fecerimus.  
B. Schmidius in Comment. ad h 1 ait mutationem ge-  
neris relativi nonnihil obscuritatis gignere, genus tamen  
masc. referri posse ad **מוֹאָב** fœm. vero ad **עִיר** quod sub-  
intelligendum esset, quod eodem recidet. Aben-Esra  
quem B. Schmid. allegat sententiæ suæ faventem, sub-  
intelligit **מְרִינָה** urbem præcipuam sive sedem regis Mo-  
abi. Illud vero quod addit dicendum esse utri-  
usque generis esse prout populum significat, ita intelli-  
gendum est, ut in genere fœm. adhibito, aliquod sub-  
intelligatur substantivum, cui vel verbum, vel suffixum  
fœmin. respondeat. Sic statim **נ. ۵.** suffixum in  
referendum est ad Moab, itidem suppleto alio nomine.

C. XV, 4.

וְתוֹעֵק אֶל-עַלָּה וְחַשְׁבּוֹן—**קוֹלָם**. Suffixum voci קול ad-ditum si respondere debuisset suo objecto, in fœminino efferendum fuisset, per קול. Sed locutioni huic sua constat integritas, si perpendimus Ebræis usitatum esse, ut nominibus duobus vel pluribus singularibus præ-euntibus suffixum plurale respondeat in genere mascul. v. *Interpr.* §. 39. II. Nisi forte dicere velis in constructione verbi עז cum nominibus urbium fœmin. generis, regularem observatam fuisse, in suffixo vero sensus

K

ra-

rationem habitam esse, ut incolæ vel populi urbium subintelligerentur, quibus clamor magis competit, quam urbibus proprie acceptis.

## C. XV, 6.

**מֵנְטוֹרָתֶךָ מִשְׁמָרוֹתֶךָ יְהוָה.** In hac locutione in qua mascul. & fœmininum de uno objecto adhiberi videtur, facile alicui posset in mente venire, eam excusari posse, si **מִי** communis generis esse statuatur; ita ut in una eademque sicut propositiōne utrumque genus exprimatur, uti nonnulla exempla allata docuerunt: qua ratione fœmininum in **מִשְׁמָות** quod participium ex Piel esse potest R. שְׁפָט desolari, formam suam cum verbis quiescentibus tertiam confundens, **מִי** respiceret, quatenus esset generis fœminini, verbum autem **יְהוָה** illud idem objectum in masculino consideratum. Sed præstat **מִשְׁמָות** prorsus non construere cum **מִי** tanquam adjективum, id quod evitabitur, si nomen asseras a singulari **מִשְׁמָה** desolatio, ubi simul locutio hæc prægnantior erit h. m. aquæ vero Nimrim, vel tractus iste situs ad aquas Nimrim desolations erunt, i. e. desolatissimus erit, more Ebræorum substantivum pro adjektivo usurpantium, quod vices superlativi sustinet, v. Glass. Phil. S. L. III. Tr. I. Can. VII. Ceteroquin de nostro loco vid. Aben-Efra in b. l.

## Ez. XV, 8.

**פְּקָרָהּם — אֲשָׁאָוּם.** Præter discrepantiam numeri, quam supra jam annotavimus C. I. prædit se discrepantia generis in suffixo conspicienda, quod cum sit mascul. generis plur. num. neque ad aliud objectum quam **פְּקָרָה** possit referri, facile apparet in eo vel sensus vel alius eius.

iusdam nominis subintelligendi rationem habitam fuisse.  
H. l. ergo liceat aliud nomen cum suffixo masculino  
concordans subintelligere , commodissimum vero erit  
vel עשר aut מטען divitiæ, cum quoad sensum idem sit cum  
פְּקָרָה . Id quod innuit Aben-Estra significationem  
h. l. nobis suppeditans : פְּקָרָתִם פְּגָזָה פְּקָרָן וְהַנְּרוֹת  
הַמְּטֻזֵּן יִשָּׂוֹם אֶל־ שִׁיבֵּי נְחָלָה וְהַנְּכָזֵן שְׁמַטּוֹנָה  
יִשָּׂאָהוּ עַל־ הַנְּחָלָה הַיְּרוּעָה בְּאֶרְצָם שַׁהֲוָא עַל־ עֲרָבִים  
וְהַטְּעֵם שִׁיוֹלִיכּוּ מְטוֹנָם לְמִקּוֹם אַחֲרָ אָלוּי יִשְׁאָר  
vox Vox idem significat quod depositum,,  
& ecce divitias deportabunt ad silices torrenti confi,,  
nes. Mihi videtur magis conveniens esse ita explica,,  
re, ut dicantur divitias suas collectas deportare ad tor,,  
rentem quandam notum in terra eorum situm, qui jux,,  
ta silices est, quorum verborum sensus esset, quod de,,  
portaturi sint sepositas suas divitias in locum quandam,,  
alium, in quo ipsi forsitan relinquentur. Eodem modo  
explicat Kimchi in h. l. פְּקָרָתִם מְמוֹנָם נִקְרָא וְפִירּוֹשׁ  
הַמְּטֻזֵּן פְּקָרָה לְפִוּ שְׁחָאָרָה פְּקִיד וְנִגְיָד עָלָיו.  
vox explicari potest per מטען divitias. Divitiæ,,  
vero dicuntur depositum, quoniam homines præfecti,,  
& principes quasi ejus sunt.

## CAP. III.

DE PERMVTATIONE PERSONARVM  
EODEM SVBJECTO MANENTE.

Ex. 1, 5.

על מה הכו עוד תוסיפה סרת.  
Propheta in tertia persona inchoarat de Israelitico po-

K 2

pulo

pulo tanquam absente, videbatur h. v. in eadem perte-  
xendum esse. Nikilominus tamen quando Propheta  
h. l. naturali constructionis ordine derelicto, ipsos Isra-  
elitas, de quibus antea tanquam absentibus locutus erat,  
sibi præsentes sistit : id minime vitio cuidam di-  
centis linguam minus recte intelligentis tribuendum  
est, a quo DEUS ipse verba pariter atque res literis con-  
signandas suggerens, eum immunem præservarat. De  
industria proinde Propheta ceptam suam orationem  
mutat , Israelitasque qui neque beneficiis demulceri,  
neque pœnis terreri poterant, tanquam præsentes allo-  
quitur. Quid emolumenti amplius ad vos redundabit  
ex pœnis a DEO vobis in emendationem vestram illatis,  
cum quo magis vos pertutit eo majora peccata peccatis  
addatis? His consona sunt quæ Kimchi de hac allocutione  
habet: על מה רכו לא תعلו על רבבכם עלי  
מה אתם מכיס כי עוד חוסיפו סרה זלא תהשנו  
כי האל הוא הטעאה אהבם על עונותיכם אלה  
תלכו בקרוי ותאמרו כי הרע בנא עליכם רון  
הטעה ולא עונש עונותיכם / ויש מפרשין על  
מה תכו מה הויאל הטעאה אהבם כי לא תופרו בזה  
כי עדין אחר הטעאה חוסיפו לחתוא ולזאת תוסרו  
על ידי: Non revocatis ad animum vestrum causam  
„ob quam vos percutiamini cum adhuc magis magis-  
„que a DEO deficitis, neque vobiscum perpenditis  
„quod DEVS sit is, qui plagas vobis immittit propter  
„iniquitates vestras, sed cœco impetu semper ambula-  
„tis dicentes calamitates istas, vos tangere casu fortuito,  
„neque pœnarum loeo habendas esse. Alii interpre-  
tes verba hæc ita circumloquuntur: quare percutie-

mū.

mini, quid prodest vos plagis afficere, quoniam istis,,  
 non emendamini, eo ipso enim tempore, quo pœnæ,,  
 vobis illatæ sunt, non intermittitis peccare, neque ca-,  
 stigari vos patimini per manus meas. Neque minus  
 digna sunt verba R. Isaacidis quæ hic legantur:  
 אַרְסָ שְׁלָקָה וּחֲזֹור עַל סְרוּחָנוּ חֶבְרוֹ מִזְכִּיחּוּ וְאָמֵד  
 לוּ עַל זֶה לְקִיְתָה וְאַיְנוּ נֹתֵן לְבָב לְוָמֵר עַל סְרוּחָן  
 זֶה לְקִיְתִי לֹא אָשׂוֹב לְעַשְׂוֹת עוֹד אַפְּ כָּאן עַל סְהָ  
 הַכּוּ מַאֲחָר שְׁעָרֵיּוֹן אַתָּכָס טְוִיסִיפִּיכָס כְּהָרֵחַ לְכָדָר  
 מַאֲחָרִי הַמָּקוֹם הַלָּא כָּבֵר כָּל רַאֲשׁ לְחָלוּ וְלַמָּה לֹא  
 תְּבִינוּ: Si quis poena afficitur & nihilominus ad suam,,  
 am malitiam redit, alter eum corrigit illique dicit:,,  
 eam ob causam tu punitus es, & non ad istud animum,,  
 attendis, ut dicas, poenas contumaciæ meæ dedi jam,,  
 jam non amplius in posterum hoc faciam: pari ratio-,,  
 ne se res h. l. habet, quando dicitur quare percutie-,,  
 mini, postquam eo ipso temporis momento amplius,,  
 peccatis a D E O deficitis: nonne totum caput jam,,  
 langvidum est, quare non prudentes evaditis. Ex qui-  
 bus adparet Esaiam nostrum in mutatione personarum  
 orationi suæ majorem efficaciam addere voluisse.  
 Quamvis autem permutatio h. l. occurrens non tam  
 manifesta videatur, propter comma novum, quo aliam  
 quasi orationem orditur; eodem tamen tempore ad eosdem  
 Israelitas prolata est, interea hoc ipso Capite v.  
 29. clarius se prodet permutatio. Ceterum de nostro  
 loco vid. Glaff. Phil. S. l. I. Tr. III. Sect. IV. eaque quæ  
 ex Franzio habet: de personarum autem mutatione idem  
 Et c. l. III. Tract. III. Can. L. Buxtorfius Thes. Gramm.  
 Part. II. Cap. X. p. m. 445. & Interpr. §. 84.

## C. I, 9.

הוּתִיר לֹנוֹ—אָיוֹנוֹ—דְּתַיְנוֹ Nisi DEUS nobis reliqui-  
 et , fuissemus &c. assimulati fuissemus Gomorrhæ.  
 Frequentem esse in S. literis personarum mutationem,  
 cum hoc tum alia exempla ostendunt, quæ neutiquam  
 vitio dictioni adhærenti, vel mendo cuidam adscriben-  
 da sunt. In hoc nostro exemplo prima adhibetur per-  
 sona, cum tamen juxta antecedentia & consequentia se-  
 cunda v. 5. usurpata, vel etiam tertia commodissime  
 h. l. collocanda videretur. Verum hanc constructio-  
 nem studio hic adhibitam esse iudicamus, a Spiritu S.  
 errare nescio profectam. Fieri autem hoc præcipue  
 solet ut secunda & prima persona inter se permutentur  
 partim inyidiæ leniendæ causa , quando autores sacri  
 in peccatis populi reprehendendis versantes semet ipsos  
 illi associant, partim ut se ipsos bonorum participes  
 reddant , quando in eorum promissione occupantur.  
**Conf. Glass. Phil. S. l. III. Tr. III. Can. L.** In nostro  
 itaque loco Propheta lætatur, quod DEUS populi sui  
 misertus eum ob peccata non prorsus extinctum ierit,  
 sed reliquias adhuc fecerit, quibus se quoque annume-  
 rat. In confessione quidem delictorum, in qua Scri-  
 ptores sacri se populo peccanti adjungunt Kimchius  
 enallagen personarum statuit, cum ipsi non sint in nu-  
 mero peccatorum, quod innuit verbis sqq. ad *Jerem.*  
**כָּלְלָעֶצֶם בְּכָלְרִשְׁאָל וְאֶפְ עַל פִּי שְׁלֵמָה** h. e. complectitur semetipsum sub Israe-,,  
 litis , licet ipse in eorum numero haud fuerit. Verum in  
 hujusmodi exemplis se Prophetæ connumerant, propte-  
 rea

( ۵۹ )

rea quod Prophetæ propter labem originalem omnibus communem a peccato atque pena non sunt immunes.

C. I., 29.

**כִּי יְבַשׁוּ מַאֲלִיָּה אֶתְר אַפְרוֹתָה** **נָמָר** pudefient ob quercus quas elegistis. Hoc exemplum uti cuiuslibet oculis se offert, manifestissimum est documentum personarum mutationis eodem subjecto manente in eadem propositione: quod tantum abest ut suspicionem folœcismi nobis præbeat, ut potius a Spiritu S. ita prolatum sit. Hæc & similia, licet emphasis ubique locum habere vix videatur, ut eos de quibus in tertia persona locutus erat, in secunda persona majoris forsitan efficaciam causa alloquatur, ab omni tamen vitio dictionis longissime absunt ob frequentiam, quæ ocurrunt, exemplorum, quæ faciunt ut in idiotismum fere degeneret hæc mutatio. Ita enim scribit Kimchi ad h. l. אמר אָבוֹשׁוּ וְאָמַר הַחֲפֹרוּ כִּי מִנְהָג הַמִּקְרָאוֹת לְרֹבֶר לְנוֹכָח וְשַׁלָּא לְנוֹכָח כָּחֵר כְּמוֹ שְׁמַעַו עַמִּים כְּלָם כְּלָם תְּשׁוּבוּ וּבָאוּ נָא וּהְרוּמִים לְהַבָּס כְּמוֹ שְׁכַחֲבָנוּ בְּסֶפֶר מִיכָּלָל: Dicit pudefient & statim erubescetis qui Scripturæ mos est, ut loquatur in secunda & tertia persona de uno objecto ac si perinde esset, uti legimus Mich. I, 2. audite o populi omnes illi (pro vos) Job. XVII, revertamini & veniatis omnes illi, & his sunt similia, plura, sicut scripsimus in Michlol. In Michlol vero scribit: **וְהַנְּרָבָרִים הַם בְּשִׁלְוָשָׁה וְרַכִּים נִסְתָּר** נִמְצָא מְרֹבֶר בְּעַרוֹ וּמִנְהָג הַלְשׁוֹן הַחֹוֹא לְדִבָּר בְּחִטָּם כָּחֵר פֻּעָמִים כְּמוֹ שְׁמַעַו עַמִּים כְּלָם תְּשׁוּבוּ Illi qui in sermonis negotio occupati sunt triplicis, sunt

„sunt generis, vel enim aliquis est absens & tertia persona, vel præsens atque secunda, vel denique loquens de se ipso, & hac ratione prima persona, usus autem hujus lingvæ receptus hic est, ut ea omnia adhibeat ac si unum idemque essent v. g. *Micb. I, 2. Hiob. XVII, 10.* His addi possunt i. *Reg. XXII, 28. 1. Sam. VI, 4. Jes. XXXIII,* 2. aliaque. Aben-Esra quidem nullam hic videtur personarum mutationem admittere in notis suis ad h. l. quod ex sqq. ejus verbis elucet: **וַיֹּשֶׁב אָמְרוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל רְבִים וְלְפִי רְעִתִּי שֶׁהוּא רַבָּק עִם יְכֻלוּ וְאַחֲרֵיכֶם שְׁמָם לְרַבֵּר עִם הַגּוֹנָת וּכְמוּהוּ רַבִּים:** *Sunt nonnulli qui dicunt in tertia personæ indicem loco notæ secundæ personæ positum esse, & juxta hanc constructionem plura alia occurrere exempla. Verum juxta meam sententiam res se ita habet, ut connectendum sit cum præcedente tertia personæ, deinceps vero animum applicet ad loquendum in secunda persona, cuius generis exempla multa deprehendimus.* Ast præter necessitatem hic subtilis est Aben-Esra, quod si enim hoc ipsi concedamus, **וַיִּקְנִישׁן** connectendum esse cum **יְכֻלוּ** res tamen eodem redibit, cum nihilominus personarum mutatio in **חַמְרָתִים** it. **הַחֲפֹרָה** statuenda sit iisdem subjectis manentibus. Reliqum est ad illustrationem nostri exempli asserre aliud desumptum ex summa precum Judæis usitatarum, antequam lumen in Sabbatho accendunt, in qua par modo mutatio personarum facta est, legimus istam apud Maimonidem in *C. V. Thes. I.* **וְחִיבָּר לְבָרֶךְ קּוֹנְסָם הַרְלָקָה בְּזַעַק אַתָּה וְהִיא אַלְחִינָּה**

( ४ )

אלחינו מלך חועל אשר קורנו במצוותו וצונו  
 להרlik נר של שפת כורך שمبرך על כל הרכות  
 שהוא חייב בה **ה** h. e. quili,,  
 bet tenetur preces fundere, antequam accendat hunc,,  
 in modum: benedictus sis o Jehovah DEUS noster rex,,  
 totius mundi, qui sanctificavit nos in præceptis suis &,,  
 præcepit nobis accedere lumen Sabbathi, eo modo,,  
 tenetur hoc facere quo benedicere DEO solet propter,,  
 omnes res, illudque ex præceptis scribarum fit.,  
 Eandem permutationem observare licet in illa precum  
 formula, quam adhibere solent vino in mensa apposi-  
 to, priusquam illud gustant, apud Buxtorfium in Sy-  
 nagoga Judaica c. XV. aliisque in locis. Quæ obser-  
 vanda sunt propter lectiones marginales Masoretharum,  
 quæ ob permutationem personarum in textu occurren-  
 tem, Ketibh alio modo legendum esse volunt, quod ta-  
 men admittere vix opus erit, si in aliis locis eadem de-  
 prehenditur, ob quam tamen ipsis nemo vitium tri-  
 buere ausus fuit. Exemplo esse poterit locus *Nebem.*  
*VII*, 3. ubi a Masorethis in margine notatum est, pri-  
 mam personam legendam esse loco tertiae, quæ mendo-  
 se ita in textu extare creditur a nonnullis, quæ tamen  
 quo minus non retineri queat, mos scripturæ personas  
 mutantis obstat in multis locis usitatissimus.

*Ez. II, 6.*

כִּי נְתַשָּׁא — כִּי מֶלֶאן  
 Nam tu reliquisti o domus  
 Jacob populum tuum &c. quoniam impleti sunt &c. Si  
 juxta quorundam interpretum sententiam verba hæc ita  
 explices, ut יעקב בית sive familia Jacob sit objectum

L

ad

ad quod Propheta sermonem instituit, in priori membro alloquetur illam in secunda persona, in posteriori verbo nimirum מלאו adhibita est tertia persona pro uno eodemque subjecto manente, quod tamen minime mendoce legitur, sed ex more Scripturæ derivandum est.

## Ez. II, 9.

**וַיִּשְׁחַח אֶרֶב וַיִּשְׁפָלֵן אִישׁ**. Humiliabitur plebeus deprimetur honoratus. Mox hunc ipsum alloquitur Propheta in secunda tanquam præsentem: **בָּזָה בְּצֹר וְחַטְמָן** ingredere petram & absconde te ibidem. Kimchi quidem atque Aben-Esra volunt hæc esse verba cuiuslibet affliti ad proximum suum, sed præstat hæc verba Prophetæ esse asserere. Et si vel maxime in illorum sententiam discedas, exinde tamen nobis occasio suppeditabitur permutationem in aliis locis factam retinendi, salvaque analogia syntactica defendendi.

## Ez. III, 1.

**הִנֵּה הָאָרוֹן יְיֻ אֲבֹות מִסִּיר וְגַן.** Ecce Dominus Jehovah DEUS exercituum removebit &c. **כְּעָרִים שְׂרִיחָה** & constituam pueros principes eorum. Initio capitilis hujus Propheta de DEO in tertia persona loquitur, & Israelitis minatur, eum omnem quod aliquam saltem spem iis facere poterat, omne alimentorum genus, omnesque sapientes qui rebus publicis consulerent ablaturum, commate vero ipse DEus a Propheta loquens sistitur, & qvævis mala se Israelitis illaturum minatur.

## Ez. III, 12.

**עַמִּי נְגַשְׁיו מַעֲלָל—מַלְוָי בָּן** Populi mei exactores

res sunt pueri, in illum dominantur mulieres: In subsequenti membro dicitur עמי מאשׁרין בלוּא אֲרָחוֹתֵיךְ it. mi popule qui beatum te prædicant, seductores sunt & semitam rectam viarum tuarum deglutiunt. Populi cuius in priori membro descripserat conditionem, tanquam absentis, ejus statim mentionem injicit tanquam præsentis, eumque alloquitur.

Ez. III, 25.

**מִתְּנַךְ בְּחֶרֶב יִפְלֹא וְגִבּוֹרָךְ בְּמִלְחָמָה**. Viri tui gladio cadent & fortitudo tua in bello peribit. Inde a v. 16. usque ad 24. descripserat Propheta fastum filiarum Zionis in tertia persona, pœnamque illum insecuram; hoc nostro commate alloquitur eas ipsas vel Zionem in secunda persona; v. 26. subsequitur tertia persona זַאֲנוֹ פְּחַחִיה, & lugebunt portæ ejus pro tuæ. In his & similibus locis cum nil difficultatis supersit, satis nobis erit ea tantummodo annotare, nec necesse erit emphases iis forsan insitas eruere, cum cuilibet, qui cupiet hoc integrum sit facere.

Ez. V, 8.

**חָוי מְנֻעֵי בֵּית—יִקְרִיבוּ**. Væ illis qui domum domini conjungunt, agrumque proximi astibus nefariis suis addunt: וְהַוְשְׁבָתָהּ לְכַרְכָּם, ut soli quasi habitare positis in terra. Ad quos imprecationem tanquam absentes in tertia persona instituerat, atque in eadem eorum fraudes delinearat, eos nunc alloquitur in secunda persona. Hanc mutationem nonnulli Interpr. animadverterunt, uti Vatablus, qui scribit mutatio personæ est hic loci, pro constituantur collocentur soli: eam-

L 2

que

que ob causam in Chald. translatione hæc verba posteriora in tertia persona pariter expressa sunt: **וַיַּחֲבִין בְּלֹחֶרֶחָן בְּגֹאָה דָּאָרָעֵי** ut soli habitent in terra. Kimchi in h. l. secunda persona retenta eleganter hæc circumscribit **וְאַתֶּם סְכֻרִים שָׁאַרְתֶּם לְנַרְכָּס תְּשִׁבּו** **בָּאָרֶץ שָׁאַתֶּם גְּזֹלִים וְעַשְׂרִים**: Vos persuasi eratis vos solos habitaturos, in terra ista quoniam magni & divites eratis.

*Ez. IX, 5.*

**כִּי יְלֹךְ יְלֹךְ לְנוּ**. Nam infans natus est nobis. Propheta v. 2. indicaverat subjectum lætitiae, de illoque locutus erat in tertia persona tanquam absente **שְׁמַחוֹן** &c. Iam v. 5. primam loco tertiae adhibet personam, & semetipsum hujus gaudii participem reddit: *vid. de hoc Glass. Pb. S. L. I. Tr. III, Sect. IV.*

*Ez. X, 1.*

**חֹוי חֲקָקִי כְּתָבְנִי**. Væ illis qui decreta, sententias impias dicunt. &c. In hoc & seq. versu Propheta judices injustos in tertia persona tanquam absentes allocutus erat, iisque injustitiam exprobaverat. Eosdem v. 3. in secunda alloquitur tanquam præsentes, **מְרֹחֶה תַּעֲשֹׂה עַל פִּי תְּנַסּוּ**, quid facietis, ad quem confugietis?

*Ez. X, 12.*

**וְהַזֹּה כִּי יְבָצָע אֱלֹהִים אֶת כָּל וְגַת**, erit autem eo tempore, quo absolvit omne opus suum Dominus Iehova &c. **אֶפְקָד עַל פְּרוּ גָּרְלָה**, visitabo &c. In priori membro persona tertia quam de DEO Propheta adhibet, mutatur in altero in primam, quasi Deus se listat loquentem. Ex quo manifestum documentum capimus,

mus, frequentem esse præcipue Prophetis hujusmodi mutationem personarum, eosque nunc primam nunc secundam nunc tertiam adhibere de uno eodemque subiecto, prout illud vel loquens introducunt, vel sermonem ad illud dirigunt, vel denique de eo tanquam absente loqvuntur. Mutationem personarum circa h. l. annotavit Vatablus in *Comment. ad b. l.*

*Ez. X, 20. 22. 24.*

**בַּיּוֹם הַהוּא לֹא יוֹסִיף שָׁאָר יִשְׂרָאֵל**. *Isto tempore non amplius confidet residuum Israelis percussore suo &c.* **כִּי אִם יְהִי עַפְקָר יִשְׂרָאֵל** si enim populus tuus o Israel erit sicut arena maris, residuum illius revertetur. *v. 22.* Propheta *v. 20.* significat quid in clade Assyriorum facturi sint Israelitæ; eosque ait non amplius in eo qui percussit eos, sed in sanctissimo Israelis Jehovah fiduciam suam collocaturos, illudque de iis absentibus dicit in persona tertia. Verum *v. 22.* **כִּי 24.** alloquitur eosdem in secunda persona eosque bono animo esse jubet, idque facit eam ob rem, ut eos magis magisque erigat; propterea quod ea quæ nobis præsentibus dicuntur magis nos tangere solent, quam ea quæ nobis absentibus saltem promittuntur.

*Ez. XIII, 9.*

**הַנֶּחֶת יוֹם יְהוָה בְּאֶ-יְשֻׁמְדֵר**. Ecce tempus ultionis Jehovah venit, ut desoletur terram & peccatores ex ea excindat. *v. 11.* vero semetipsum loquentem sistit in prima persona: **רְעֵה וּפְקֹדְתִּי עַל הָכָלָה** ego visitabo terram impiam, item **זָרִים גָּאוֹן תְּשַׁבְּתִי** destruam fastum omnium superborum.

L 3

*Ez.*

וְהִי בַּיּוֹם הַנִּיחָה לְךָ מֵעֶבֶד וּכְיוֹן Eveniet autem isto tempore, quo Jehovah Te quiescere faciet ab omni dolore tuo &c. Cum Propheta sub initium hujus capitulis de domo Jacobi & Israelis sermonem suum instituisset tanquam absente, filum sermonis sui jam mutat, idque dirigit ad eos tanquam præsentes hoc & seqq. comm.

Ez. XIV. v. 4. Et coll. 8. 9.

Quomodo desit exactor &c. Proverbiū quod de Nebucadnezare aliisque regibus Babylonīcīs adhibere a Propheta jubentur Israelitæ, agit de illis in tertia persona; mox v. 8. incipiunt sermonem suum ad eum dirigere tanquam præsentem in secunda persona ברושים שטחו לך מא שכבת. Abiетes propter te lætabuntur, nunc occubuisti. &c.

Ez. XIV, 30.

הַמְתַּהַי בְּרֻעָב שְׁרֵשֶׁךְ וְשָׁאָרִיְתָךְ יְהִרְגֵּנָךְ. Interficiam fame radicem tuam, patres tuos, & residuum tuum interficiet. Si attendimus ad subjectum loquens, illud est ipse Deus summus, qui excitaturus est ex semine Achas defuncti alium quendam basiliscum, qui vindictam sumturus sit de Palæstina, Israelitis ob mortem regis insultante. De incolis hujus regionis dicit, se regem illorum interfectorum, quod indicat prima persona, statim subjungit tertiam personam perdet &c. Quod vel ad Deum quoque potes trahere, ita tamen ut verba hæc esse Prophetæ statuamus: vel hac permutatione personarum in memoriam vult revo-

ca-

care Judæis victorias quas Hiskias a Philistæis reportatus sit, unice Deo tribuendas esse earum auctori. Qua ratione & Deo & Hiskiæ partes relictæ erunt in puniendis Philistæis: illi quidem quod fame eos enecaturus esset; huic vero quod bello Deo opitulante eos deleturus esset. Eandem permutationem personarum observavit Kimchi ad h. l. hæc annotans: יְהִרְגּ חֹקִיָּהוּ וַיֹּאמֶר וְהַמֵּתִי שְׁחוֹתָה מִשְׁמָרֵי יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמֶר יְהִרְגּ כִּי שְׁחָתָה שְׁיוּשָׁה חֹקִיָּהוּ הַוְּנָא מִשְׁעָה אֶל כִּי בְּעֹרוֹתָו: Interficiet in tertia persona Hiskias nimirum. Quod autem dicit in prima persona „הַמֵּתִי“ interficiam, est sic sermo Israelis, יְהִרְגּ autem dicit, quod „omnie quod faciet Hiskias est opus Dei, quo opitulante omnia quæ fecit, egit. Quare vero verbum & interficiam, Israelis verba esse vult, non possum perspicere, cum si Deo tribuisset, uti tribuenda omnino sunt, reliqua quæ habet, facilius cohærerent, Dei auxilio sc. omnia tribuenda esse in hocce negotio. Videtur tamen sensui consuli posse si in translatione horum verborum pro מִירֵם pro מִמְרֵךְ verbum, pro quo Johannes ραγος tanquam nomen divinum usurpat, accipias, qua ratione DEUM Israelis notabit. De quo tamen cuivis integrum erit judicare.

## Ej. XIV, 30.

**כָּלְבָּשָׁת פָּלָשָׁת נְמוּג.** Dissoluta est Philistæa. In hac propositione mutatio personarum se prodit, & quæ in secunda efferri debebant in tertia efferuntur. Quæ licet paulo durior videatur reliquis mutationibus de

de eodem subjecto in diversis tamen commatibus ocurrerentibus: eadem tamen hujus est ratio, & ex communâ ebrææ lingvæ more, personas inter se permutante derivanda est. B. S. Schmidius in *Comment. ad b. l.* eandem observat differentiam, quam conciliare studet, vocem פָלשְׁתִּים repetendo, h. m. dissoluta est (Philistæa ad sensum vocis attendens) tu Philistæa tota disoluta es, inquam.

Reliquum est Lectorem Benevolum monere, si quod exemplum forsitan nobis omissum sit, velit recordari multitudinis hujus generis constructionum, in qua facile una alteraque prætermitti potuit, quam tamen ex iis quæ dicta sunt dijudicare, atque quam-

libet ad locum convenientem referre poterit.



Coll. diss. A. 88, Mus. 5